Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

De Scientia Falso Sic Nominata ex I. Tim. VI. v. 20. quoad exempla in N. T. repudiata, & priora Dn. Charitini dubia

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1722]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. 11.Mart.1722
Weidener, Jo. Joach.
1a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0003
DFG

30.
23

DE

SCIENTIA

FALSO SIC NOMINATA

ex I. Tim. VI. v. 20.

quoad exempla in N. T. repudiata, & priora

DN. CHARITINI

dubia.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

SOSPITATORIS Supremi benigniſſimis auſpiciis,

& conſenſu

SUMME REV. THEOLOGICÆ FACULTATIS;

PRÆSIDE

VIRO Magnifico, Summe Reverendo

Ampliſſimo atque Excellentiſſimo

DN. JO. JOACHIM WEIDENERO,

SS. Theol. D & Prof. P. O. longe celeberrimo, Facult. Theol. Seniore meritiſſimo, & hodie Decano maxime ſpectabili ac ad Ædem Div. Mar. Paſtore vigilantiſſimo.

PATRONO ac Evergeta, Studiorumque ſuorum Promotore filiali obſervantia ad cineres usque devenerando,

ANNO MDCCXXII. D. XI MART.

1722

IN AUDITORIO MAXIMO

& horis conſvetis, publice diſputabit

GEORG HEINR. MILLIES, *Roſt.*

Philoſophiæ & S. S. Theol. Studioſus.

Roſtochii, Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & *ACAD.* Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0005
DFG

Civitatis Patriæ Municipalis
SENATUI Ampliſſimo & Prudentiſſimo,
nec non
ACADEMIÆ Roſtochienſis Compatrono Munificentiſſimo,
& in Ea ſingulatim,
VIRIS Magnificis, Præ-Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, ac Eminentibus,
DNN. CONSULIBUS,
DN. SYNDICO,
DNN. SENATORIBUS &
DN. PROTO-NOTARIO *ac*
DN. SECRETARIO,
Officiorum Jubare, Dignitate ac Claritate Inclutis, Spectatiſſimis, Celeberrimis ac bene merentibus,
PATRONIS ſuis Summis & Deſideratiſſimis primum hoce publicum Studiorum ſuorum ſpecimen
Sacrum ac dicatum cupit,
EORUNDEM
Submiſſiſſimus ac ingenuus Cliens:
MILLIES.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0006
DFG

PROSPECTUS

§. I. DE Magis *Novi Testamenti ad exemplum* SIMONIS, *agit, ut vocis* Magi *acceptionem exhibeat* bonam,

§. II. *Autem* Malam *& acceptionem & praxin,*

§. III. *Cui, & aliis malis factionibus addictus fuit* Simon Magus.

§. IV. *Pergit agere de habentibus* Spiritum Pythonis, *ubi de Pythonis* derivatione.

§. V. *De Pythonis* Mythica acceptione,

§. VI. *De Pythonicorum* vera definitione, *& de* Sibyllis *incidenter.*

§. VII. *De* Φαρμακοῖς *& eorum vera* definitione *disquirit, atque sic.*

§. VIII. *In* Literis Ephesiis *causam hanc absolvit. Deinde*

§. IX. *Ut nostra de* Magis & veneficis *sententia vindicetur, occasione scripti, quod sic dictus* Charitinus *publicavit, ad* Præfamen *Ejusdem asseritur* (α) *Quod* Articuli de Justificatione & Sanctificatione *omnino sint distinguendi.*

§. X. *Quod nos* (β) *non feriat insimulatio* operis operati, *& quod* (γ) *De* Ministro impio bene *doceamus, quod &*

§. XI. Regulæ *Charitini* adversus Magiam *scitius sint ex & applicandæ Post ea*

§. XII. *circa* partem primam *adversus* Cartesii, *&* Arnoldi *exempla decernitur & declaratur, quod* Magia non sit merus lusus, *hunc in finem*

§. XIII. *monstratur, quod* Magi *in* Theocratia Israelitica *puniti, fuerint* [illegible] *&*

§. XIV. superstitionis diabolicæ cultores, *docetur &*

§. XV. *porro, quod* saga Endorea *non fuerit* ἐγγαστρίμυθος. *speciatim tandem*

§. XVI. *refutatur opinio, quod* Diaboli non possint assumere corpora;

§. XVII. *quod non possint* occupari circa materialia.

§. XVIII. XIX. XX. *quod non possint* ad Venerem excitare.

§. XXI *quod non possint* corpus de loco in locum movere. *Deinde*

§. XXII. *ad Indicium Magiæ* de fama vaga *docetur* (α) *quod Carpzov. de fama* secundum jura ac leges qualificata *egerit,* (β) *quod sic inculpatis* concedatur omnis defensio (γ) *quod commercium cum Diabolo esse possit,* ubi non creditur.

§. XXII. *ad Indicium* de unguentis & herbis *cum* Carpzovio *adstruitur,* quod solum etiam pactum cum Diabolo sit capitale, *& quod* Dn. Titius

contrarius olim, dedoluerit hanc cauſam

§. *XXIV. Ad indicium*, de atteſtationе obſeſſorum *enervatum, deteſtabilis refutatur ſententia*, quod Scriptura loquatur ad captum vulgi, *nec minus*

§. *XXV. Quod Judæi* morbos in Diabolos transformaverint. *item*

§. *XXVI. Quod* peregrinæ linguæ & abſentium cognitio ſit naturalis *atque tandem*

§. *XXVII. Quod* vomitus acicularum funiculorum, vittarum &c. *omnibi* naturaliter contingere poſſit, *adjectis* monitis *ad* Charitinum.

§. I.

PRobant hactenus illa omnia, quæ explicavimus, ψευδώνυμον γνῶσιν Veteris Teſtamenti, ſed nec in N. Teſtamento deſunt exempla illorum, qui his inanibus & maximam partem deteſtandis ſcientiis operam ſuam turpiter ac ſceleſte navarunt. Ita Act. VIII. 9. Simon Samaritanus inſignitur *Magiam exercens*. confer & Act. XIII. 6. 8. de Elyma. Non eſt præſentis operæ, ut, quæ de Simone Mago ſancta recenſuit antiquitas, denuo repetamus, aut qualicunque noſtro judicio illuſtremus, fecerunt id dudum, ex IGNATIO, IRENÆO, JUSTINO MARTYRE, CLEMENTE, CYRILLO, EUSEBIO, THEODORETO, TERTULLIANO, ORIGENE, EPIPHANIO, DAMASCENO, GREGORIO NAZIANZENO, AUGUSTINO, HIERONYMO, BALSAMONE, ZONARA, NICEPHORO ac aliis, BARONIUS, NATALIS ALEXANDER, SPANHEMIUS, TILLEMONT, BASNAGE, GUSSETIUS, CAVEUS, das allgemeine HISTORIſche LEXICON, & quot non alii, imo Criticis notis illuſtrarunt falſa ac fata hujus maligni Viri COTELERIUS *ad Tom. I. Patrum Apoſtol. p. 334. Jacobus* THOMASIUS. *de Origine Hiſtor. Phil. & Eccleſ. p. 39. ſ.* ITTIGIUS. *de Hereſiarchis Ævi Apoſtolici Cap. II. p. 23. ſ. J. C.* WOLFIUS *in Manichæismo anti Manichæos* §. *XL. ſ. p. 175. ſ. J.* FABRITIUS. *in Amœnitatibus Theologicis p. 50. ſ.* DEILINGIUS *obſervat. Sacrar. Part. I.*

num

num. XXXVI. p. 140. f. J. G. ALNOLDUS in der Kirchen und Ketzer Historie, Part. I. Libr. I. Cap. IV. §. IV. f. p. 40. f. Cujus tamen fallacias, ut in aliis, ita quoad Simonem Magum, discussit J. F. CORVINUS in der gründlichen Untersuchung Cap. VI §. II. f. p. 43. addatur D. HANNCKENII *Arnoldus* Ἀντωρητικὸς *convictus Cap. I. §. VI.* Præcipuum potius in præsentiarum nobis erit, ut illustremus, qualis sit illa magia, quam exercuerit Simon? Memini hic satis, Vocabula Μάγος & Μαγία aliquando in bonum accipi sensum, *Vocem esse Persicam*, scribit SVICERUS, *in Thesauro Ecclesiastico. P. II. p. 282. f., eamque initio in laude fuisse usurpatam, fere omnes consentiunt. Qui enim apud Persas Philosophica & Theologica tractabant studia, appellabantur Magi. Hesychius:* Μάγον, τὸν θεοσεβῆ καὶ θεολόγον, ἱερέα οἱ πέρσαι λέγουσιν. *Magum pium, & Theologum & Sacerdotem appellant Persæ. Suidas:* Μάγοι παρὰ πέρσαις οἱ φιλόσοφοι, καὶ φιλόθεοι. *Magi apud Persas Philosophi & Philothei, id est sapientiæ & DEI amantes vocantur.* & suo more, hoc est omnium solidissime, PEROTTUS, *in Cornu Copiæ Col. 645. II f.* Magus non â Magis deducitur *sed Persicum vocabulum est, significatque sapientem. Sic enim Persæ Magos vocant, ut Græci Philosophos, Latini sapientes, Galli Druidas, Ægyptii Prophetas, Indi Gymnosophistas, & Assyrii Chaldæos, à Chaldæa regione Asiæ, in qua est Babylon urbs, à quo Chaldaicus. Hi omnes siderum observatis rationibus, prædicere futura solebant. Sed Magi potissimum apud Persas Deorum cultui vacabant, preces illis, ac vota & sacrificia offerebant, de Deorum substantia & generatione disserebant, signa statuasque reprehendebant: improbabant illorum errores, qui discerni Deos sexu, & mares fœminasque inter eos esse affirmabant. Dicebant rerum omnium, totiusque Orbis Imperium penes Deos esse, aërem plenum esse Dæmoninibus. Auri cultum usumque prohibebant, gerebant candidas vestes: Lectum terram habebant; solo pane olereque & caseo vescebantur, arundinem*

pro baculo gerebant. Duo apud eos principia erant, bonus Damon & malus. Ille Jupiter erat, quem Horomasdem vocabant: hic Pluto, quem nominabant Arimanium. Conferatur DILHERRUS. *Disput: Acad. T. I. p.* 184. *s.* Confrratur REUTERUS. *libr. cit. Part. V. Cap. VII. p.* 1046 *s. Dn.* MAJUS. *in Theologia Evangelica p.* 238. *s.* & *Christoph.* CELLARIUS, *in Programmatibus. p.* 196. *s.*

§. *II.* Sed *Magorum nomen*, scribo denuo ex SVICERO *l. c. p.* 2847., *quod initio honestum erat, infame postea factum est, ita ut idem ei acciderit, quod nominibus tyrannus, sophista, latro &c. Hesychius:* Μάγον, τὸν ἀπατεῶνα, φαρμακευτήν. *Magum appellant seductorem, incantatorem. Svidas:* Μάγους ἐκάλουν τοὺς ψευδεῖς φαντασίας περιτιθέντας ἑαυτοῖς ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τοὺς φαρμακοὺς, ἔλεγον. *Magos vocabant, qui falsas imaginationes sibi affingebant. Hinc autem & veneficos vocarunt Magos. Balsamon ad Can. XXXVI. Laodic. p.* 842. Μάγοι εἰσὶν οἱ προσερχόμενοι τῷ σατανᾷ διά τινα αἰτίαν. Magi *sunt, qui ob causam aliquam ad Satanam accedunt.* Vel, si plenius adhuc omnis causa est exhibenda, PEROTTUS l c. lin. 23. s. scr.: *Sed postea in tantum aucta est Magorum vanitas, ut non solum observatione siderum futura prædicere, sed artibus quibusdam & rerum & verborum maleficiis, & scire se omnia & facere posse profiterentur. Ab iis incantamenta reperta, ab iis necromantia inventa, hoc est divinatio, quæ fit per cadavera: ut mortuus apud Lucanum suscitatus, eventum belli Pharsalici Sexto Pompejo prædixit. Et pyromantia, divinatio, quæ fit per ignem, dum attendimus, quid fulgur, quid fulmen, quid alia quævis ignea potestas significet. Aeromantia, quæ fit per aërem, utpote per avium volatum, gustum cantumve, aut ventorum, imbrium, grandinumque insvetas procellas: ut M. Attilio & C. Portio Consulibus, lac & sangvinem pluisse compertum est, quod significavit anno insequenti ingentem pestilentiam urbem Romam invasuram. Hydromantia, quæ fit ex aqua: quemadmodum Var-*

ro

ro prodidit, puerum vidisse in aqua effigiem Mercurii, que centum quinquaginta versibus omnem Mithridatici belli eventum pronunciavit. Geomantia divinatio, qua fit per signa quadam tumultuariè in terra facta, sive per sparsas arenulas, aut terrarum hiatu. Chiromantia divinatio, quæ fit per inspectionem linearum, quibus hominum manus dividuntur. Juven: Frontemque manumque prabebit nati. Hinc praterea aruspices, extispices, augures fluxere, de quibus alibi dictum est. Hinc qui ex speculorum inspectione occulta, sive futura nunciant. Hinc pythonici, qui & erithei dicuntur, hoc est DEo pleni, qui & Apollinis Spiritu repleti oracula prabebant. Hinc mathematici, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportebat. Juven: Nemo mathematicus genium indemnatus habebit. Proprie tamen mathematici dicuntur, qui mathemata, sive mathematicas disciplinas profitentur, qua sunt arithmetica, geometria, musica & astrologia: hæ enim propriè mathemata, hoc est, disciplina dicuntur, quia certiores aliis sunt. Sed quoniam hi quoque in nimiam vanitatem profecti sunt prædicendi futura, sive etiam praterita incognita, mathematicorum quoque nomen tanquam damnabile explosum est, & pro iis usurpatum, qui divinationem profitentur. Et sortilegi, qui per sortes futura pronunciant, item qui aliquid eligunt per sortem, unde & sortilegium dicitur. & porro: A Mago magia dicta ars ipsa, & magicus: unde magicas artes dicimus, & magicas herbas, quibus Magorum vanitas gloriatur: ut est æthiopis, qua amneis, ac stagna siccari affirmant, & tactu ejus clausa omnia aperiri, & Achemenides, qua conjecta in aciem hostium, trepidare omnia ac terga vertere. Latace dari solita à Persarum Rege legatis, ut quocunque venissent, rerum omnium copia abundarent. Mirum certe foret in tantam credulitatem ex tam salubribus initiis evecta humana ingenia fuisse, si in aliquâ re servare modum novissent. Sed hæc est in omni re ingenii humani conditio, ut à necessariis orsa primum cuncta veniant ad nimium. Magiam à Zoroastre Persa

primum inventam affirmant, quem sex millibus annorum fuisse ante Platonis mortem Eudoxi testimonio Plinius affirmat. Circen magam fuisse ostendit Vergilius: Carminibus Circe socias mutavit Ulyssis. Et messes in alios agros hâc arte traduci posse: Atque satas alio vidi traducere messes. Quin etiam elementa quoque concuti turbari hominum mentes, & sæpe sine ullo veneni haustu violenta tantum carminis interimi homines existimavere. Lucanus: Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit. Vergilius: Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Idem: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ovidius: Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam. Deficiunt lassi Carmine fontis aquæ. Ilicibus glandes, cantataque vitibus uva Decidit, & nullo poma movente fluunt. Et in duodecim tabulis scriptum fuisse constat: qui fragus excantasset: Itemqui malum Carmen incantasset. Item: Neve alienam segetem pellexeris. Tibullus de muliere maga: Hanc egò de cælo ducentem sidera vidi, Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter. Hæc cantu finditque solum, manesque sepulchris elicit, & tepido devocat ossa rogo. Cum libet, hæc tristi depellit nubila cælo, Cum libet, æstivo convocat orbe nives. Ovidius de Medea: Cum volui, ripis mirantibus amnes, In fontes rediere suos, concussaque sisto.

Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaque induco, ventos abigoque vocoque,
Vivaque saxa sua, convulsaque robora terra,
Et Sylvas moveo, jubeoque tremiscere montes,
Et mugire solum, manesque exire sepulchris,
Te quoque luna traho.

Conf. post. MEISNERUM, BALDUINUM DILHERRUM FABRITIUM & GOLDSCHMIDIUM prolixius Dn. M. FREUDIUS in den Gewissens Fragen oder gründlichen Bericht von Zauberey und Zauberern. Quos viros duos contemptu vicere-

vinceremoliti sunt quidam, ut tamen momentis causæ & argumentis eorundem omnibus ac singulis non satisfecerint.

§. III. Quod vero ad SIMONEM *Magum* in specie attinet, tunc inter omnes constat, eundem, velut duorum principiorum, boni puta & mali inter Christianos autor, primipilus est habendus, Vid. omnium instar Summe Rev. Hamburgensium Proto-Mystes, Dn. M. I. C. WOLFIUS *in Manichæo ante Manichæos* §. *XL. p.* 175. *s.* ita & horrendis ac diabolicis mediis ac longo tempore dementasse ac fascinavisse populum Samaritanum, venditando, se esse magnum; refert namque HIERONYMUS *in Cap. XXIV. Matth.* de illo, quod dixerit: *Ego sum sermo DEI*, Ego *sum speciosus*; *Ego sum Paracletus*, *Ego omnipotens*, *Ego omnia DEI*, hinc & attenderunt ei omnes, â parvo usque ad magnum, dicentes, *Hic est Virtus DEI magna.* Specialia technarum infernalium concinnare molitus est, NICEPHORUS. *Libr. II. Histor. Eccles. Cap. XXVII.* Commentatus: *Canem maximum præferis catenis vinctum habebat, per quem ad se venire volentes, si ei minus placuissent, arcebat &c. Ut statuæ moverentur, curabat, & in ædibus vasa atque instrumenta domestica se sponte propria hinc inde transferebant, & ipse flammis circumdatus non urebatur. Ferebatur quoque volans in aëre, ex lapidibus, fuco hominibus objecto, panes faciebat; draconis quoque formam induebat, & in varias animantium species mutabatur; duplici facie indutus conspiciebatur; in aurum sese totum transformabat; fores vectibus & clausris probe communitas & occlusas dicto aperiebat; vincula ferrea disrumpebat; in convivis omnifariam simulachra formularium exhibebat; ut plurima ante eum procederent umbra efficiebat, quas defunctorum dudum esse animas nugabatur. Nec ipse modo, ad quem vellet, transformabatur speciem, verum etiam alios, quos voluisset, in variorum animantium formas mutabat. Quosdam autem cum planum eum & scurram esse arguere & convincere tentarent, amicitiæ prætextu simulato bovem sacrificans ad epulas invitabat, & inde multiformibus eisque incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus subjiciebat.* Vid. *Trium viralis Commentarius ad Acta* & quidem *J.* GERHARDI *p.* 260. nec possum, quin adscribam

ſcribam disquiſitum de magicis operationibus judicium D. ARCULARII, quod *in Comment: ſuo ad locum noſtrum* p. 196. *ſ. num. VI.* his quidem verbis conceptum legimus: *De falſis miraculis, qua Satanæ virtute & fraude DEO permittente fiunt: Idque vel à Satana ipſo citra hominum operam, ut cum excitata tempeſtate fortunas lobi affligit, Hiob. I. Cap. cum ſpectra hominibus objicit, cum ſimulachra ſudant, loquuntur aut loco moventur: Vel per homines ipſius organa, puta Pſeudo-Prophetas, Magos, incantatores & ſimiles Exod. 7. 8. Matth. 24. 2. Theſſal. 2. Act. 8. Quæ quo majore ratione afficiunt, hoc cautius fugienda eſſe D. Auguſtinus monet, de Civitate DEI Libr. 21. Cap. 6. Quamvis enim pleraque Satanæ miracula meræ ſint præſtigiæ; non pauca quoque arte occulta & fraude hominum Satanæ impulſu perficiantur; complura item ab hominibus conficta pro veris vulgo narrentur, quæ facta ſunt nunquam: nonnullis tamen res veras ſubeſſe, quæ apparent, negari non poteſt. Etenim Satan, qua eſt tum rerum experientia, tum naturæ agilitate, cauſas in rerum natura agentes materiæ idoneæ applicando, res veras producere, idque exiguo temporis intervallo, poteſt, aut aliunde res transferendo, ſpectantium oculis objicere. Quomodo per Magos Ægyptios cum Moyſe & Aarone miraculis certaſſe, Theologis quibusdam creditur: tametſi aliis diverſum videatur. Verum utut magna ſit Satanæ in edendis miraculis potentia atque induſtria ſingularis: non tamen creare quicquam, aut rerum naturas vere convertere poteſt, id quod divinæ virtutis eſt proprium. Unde Magi Ægyptii cum pediculos producendi facultate deficerentur, ipſimet fatebantur, ſe digitum DEI imitari non poſſe. Quid? quod in iis quoque miraculis, quæ vi naturalium cauſarum adjutus Satan, ut diximus, interdum edit, aut ſi quando præſtigiis duntaxat ludit, circumſcripta eſt ejus poteſtas: cum tantum in his poſſit, quantum DEus illi permittit.* cont. ſparſim de magis & magicis operationibus, ut tamen hypotheſi Ejus falſæ & ſuſpectæ nemo aſſurgat, DALENIUS, & pleniori deductione, *Franc.* GOMARUS in *Matth. XXIV. v. 24. In operibus Theolig. 129. a. b. p. 302. b.* HORNBECKIUS in *Theol. Practica. P. II. Libr. IX. Cap. XII. p. 240 ſ.* Abeat interea omnium maxime blaſphema eructatio R. ISAAK *Ben Abraham* in ſuo *Munimine fidei*, ubi miracula Chriſti cum exemplo Simonis Magi conferre auſus eſt, juſte propterea ac ſoldè excuſſus à

Dn

Dn. *B. H.* GEBHARDI. in *Centum Locis N. T. n. LXV. p.* 161. *s.* addatur Dn. KNIBBE, in der *Historie* der Propheten *Libr. I. Cap. XIX. §. V. p.* 153. *s.*

§. IV. Post Simon Magum & Elymam, Actorum Cap. XVI. 16. occurrit puella quædam, *habens Spiritum Pythonis*, & quidem in prima peregrinatione Pauli Europæa, ibidem plenius â versu 10. descripta in urbe PHILIPPI, de *Pythone* & *interrogantibus Pythonem*, supra jam sunt copiosius exhibita, quæ requiruntur, interim, ut aliqua de Pythonis nomine & iis, quæ alibi leguntur, adjiciam, ipse Græcus exigit textus, & rei totius plenior consideratio. Vocabulum ergo *Python* derivant aliqui abs Arabum פתה *inclinavit*, cum & eadem radix designet: *fuit ætate juvenili*, unde nomen פתי Arabibus notum, quod *puerum* significat, hinc ad hujus formam Apollo fuit expressus; Alii ad verbum Hebræum פתה decipi, respiciunt, eo quod consulentibus deceptrici modo illuserit ac imposturis suis eos dē fefellerit. Vid. REUTERUS. *Libr. cit. p.* 935. *f.* Multi denique â nomine Hebræorum פתן quod serpentem exhibet, & quidem serpentis genus venenatissimum, rabiosum maxime, quod ab incantatore nullâ arte persvaderi queat. Vid. ROBERTSONIUS *p.* 856. & LEIGHIUS in *Critica S. V. T. p.* 337. quia serpentes Apollini fuere sacri, iisdemque abusi sint præstigiatores in Oraculis suis formandis Vid. GLASSIUS, COCCEJUS & HEINSIUS in *Aristarcho p.* 708. REIZIUS ab Obh derivat ὄφις & Pytho â פתן, imo & φοῖβον s. Phœbum, qui Draconem occidisse legitur. Vid. *ad Godwinum p.* 425 conf. alias DICKINSONIUS in *Delphis Phœnicissantibus*, HEINSIUS. in *Aristarcho nomine* πυθὼν. MOEBIUS in *Tractatu de Oraculis*, *pag.* 25. ubi FESSELIUM & BECMANNUM adjecit. Sunt post hos, non inferioris commatis Viri, qui ad Lingvam Græcam in derivatione Pythonis propendent: Ita sunt, qui illud ipsum deducunt

à πύθειν, cujus loco hodie adhibetur πυνθάνεσθαι, quod puta consulentibus s. interrogantibus responsa dabantur. Vid. LEIGHIUS. in *Critica N. T. p. 525. a.* post TUSANUM, GESNERUM & alios. Alii vero à πύθω fœteo, quod ibi serpens ex putredine ortus & occisus denuo computruerit, vel quod Diabolus loca obscœna sibi seligat, quin ex fœtidis Pythiæ membris responsa dederit. Vid. SCAPULA & POLUS.

§. V. Verum suo jam tempore B. MOEBIUS *Cap. II. de Orac. Ethnicorum Origine p. 25.* scripsit. *Pythium dicitur Oraculum, non διὰ τὸ πυνθάνεσθαι à sciscitando, ut quibusdam placet, sed, ab interfecto Pythone, quem uti Poëtæ fingunt, Apollo in primâ infantia sagittis interfecit.* Hinc ipsa urbs Pytho cognominata fuit, ob interfectum Pythonem; & inde Pythius Apollo, & Pythica festa, & ipsa vates Pythia, imo oraculi locus Pytheum: nam si ad autores vetustos respicere volumus, Poëtæ dicunt, Pythonem fuisse serpentem à Junone immissum, ut Latonam persequeretur, à πύθω, quod est putredo, quoniam ex putredine terræ post diluvium Deucalionis natum volunt. Ab hoc Dracone Apollo Pythius (πύθιος) cognominatus est, quod in prima eum infantia sagittis interfeciisset. Vid. HEINSIUS *l. c.*, DECIMATORIS. *Sylva Vocab. Part. II. p. 487.* & judiciosissimus PEROTTUS. in *Cornu Copiæ C. 1034. lin. 44. f.* fabulam hic latere augueratus, singula his congessit Verbis: *Pythius διὰ τὸ πύθειν, hoc est, putrescere, quod nunquam sine vi caloris efficitur: quamvis aliqui à nece potius Draconis inditum DEO hoc nomen fabulentur; qua tamen fabula non omnino expers rationis videri potest Laconæ Apollinem, Dianamque parturienti fertur tuno immisso Pythonis terrore obstitisse: Sed ubi partus tandem effusus est, Draconem memorant, qui Python vocabatur, invasisse Deorum cunas; sed Apollinem in prima infantia sagittis bellnam confecisse; quod ita intelligendum esse naturalis ratio suadet. Post*

Chaos

Chaos ubi primum cœpit confusa deformitas, in rerum formas, atque elementa mitescere, terraque adhuc humida substantia, molli atque instabili sede nutaret, convalescente paulatim ætherio calore, atque inde seminibus igneis in eam defluentibus, hæc duo sidera edita esse creduntur. Et sol quidem ingenti vi caloris in superna raptus fuisse: luna verò humidiore, & velut fœmineo sexu naturali quodam pressa tepore, inferiora tenuisse, tanquam ille magis substantia patris constet, hæc matris: Quippe Latonam physici volunt terram videri, cui diu intervenit Juno, ne duo, quæ diximus, nomina ederentur, hoc est aër, qui tunc humidus, gravisque obstabat æther, ne fulgor luminum per humoris aërij densitatem, tanquam ex cujusdam partus progressione fulgeret: Sed divinæ providentiæ vicit instantia, quæ partum juvasse existimatur. Ideo in Insula Delo ad confirmandam fabulæ fidem ædes providentiæ, quam ναὸν προνοίας appellant, summâ religione celebrabatur. Propterea in Insula dicuntur nati, quod ex mari nobis oriri videntur. Insula vero ideo Delos vocatur, quia ortus & quasi partus luminum δῆλα, hoc est manifesta omnia facit. De nece vero Draconis ratio hæc est. Nam terræ adhuc humidæ exhalatio meando in superiora volubili impetu, atque inde in sese, postquam calefacta est instar mortiferi serpentis in inferiora revolvendo omnia vi putredinis corrumpebat: quæ nonnisi ex calore & humore generatur, ipsumque solem densitate caliginis obtegendo nebula quodammodo videbatur lumen ejus eximere: Sed divino fervore radiorum tandem quasi sagittis incendentibus extenuata, interempti ab Apolline Draconis fabulam fecit. Est & alia ratio draconis perempti. Nam solis meatus licet ab ecliptica linea nunquam recedat, sursum tamen ac deorsum ventorum vices certa deflexione variando iter suum velut flexum Draconis involvit. Sub hac ergo appellatione cœlestis itineris cum confecisset cursum suum, Draconem confecisse dicebatur. Inde fabula exorta est de serpentis nece.

§. VI. In quo equidem major ipsi fides tribuenda præ HUETIO, qui inter Poëtarum Mythologias ratus est, se, APOLLINEM, PANA, THEUT, s. MERCURIUM, OSIRIDEM s. BACHUM, APIM ac MNEVIM, SERAPIM, ORUM, ANUBIM, VULCANUM, TYPHONEM, PRIAPUM, ÆSCULAPIUM, PROMETHEUM, CECROPEM, MINOA, RHADAMANTHUM, ÆACUM, PROTEA, PERSEUM, ARISTÆUM, MUSÆUM, ORPHÆA, LINUM, AMPHIONA, EUMOLPUM & TIRESIAM, in uno inveniſſe Moſe, Vid. Ejus *Demonſtratio Evangelica Propoſ. IV. Cap. IV. p.* 122. *ſ. & Cap. VIII. p.* 175. *ſ.* & Pythonis interfecti ſchema ad eundem Moſem traducere & miris fidiculis inde extorquere anniſus eſt. Vid. *Propoſ. IV. Cap. IV. §. II. p.* 127. *& Cap. VIII. §. III. p.* 182. quem & ſolide ſatis refutavit DALENIUS, De *Oraculis p.* 79. *ſ.* & *M. Henr. Gottlieb* SCHNEIDERUS. *De ætate et Magia Zoroaſtris §. VIII. ſ. p.* 39. *ſ.* Interea quando DALENIUS pertinaciter nimis Pythonem cum Obh confundere & id evincere voluit, quod utrobiq;, ἐγγαστρίμυθοι, & στρυμάνδεις intelligantur, qui quam artificioſe, imo facile hujusmodi fraudes ac præſtigias, tam ex naturæ beneficio, quam ex arte ac continua exercitatione, naturam adjuvantibus, perfecerint, cujus & rei gratia ex DICKINSONIO, FANNINGIUM, LUDOVICUM BRABANTIUM & BARBARAM JACOBI adduxit. Conf. *Diſſert. III. Cap. X. p.* 652. *ſ.* tunc illi fortean ſapere altius in poſterum incipient, qui cum JURIÆO, in *Hiſtoria Critica dogmatum, Tract. II. Cap. V.* opinabuntur. Aliam Necromantiæ ſpeciem apud Syros fuiſſe eam, quæ hebraica Voce אוב deſignatur, quam male *Spiritum Pythonis* reddant Interpretes, hoc vero obſeſſos ex ventre loqui credant, pro iisdemque habeant cum ἐγγαστρίμυθοις. Nam hoc falſum primum eſſe, quod idem ſit *Spiritum habens Pythonis & ἐγγαστρι-*

μυθος

μυθος, patere ex historia ancillæ Act XVI quam *Pythonem habuisse* constet, non tamen ex ventre edidisse murmurationem, ut probabile sit, *Pythonis Spiritum* nihil aliud esse, quam spiritum divininationis, qui ἀπὸ τῆς πυθάνεσθαι, quæ *ipsius est hypothesis*, Python & Pythius, quod erat Apollinis cognomentum, fuerit appellatus; atque id quidem fieri potuisse, ut ventriloquus haberet Spiritum Pythonis, omnem vero Pythonis Spiritu actum ventriloqvum haud fuisse. Deinde magis talsum etiam esse, quod בעלי אוב iidem sint cum Pythonis Spiritu præditis vel venriloquis. Hos enim proprie Necromantas fuisse, carmine Manesevocantes, eosque in magno vase, aqua pleno, repræsentantes, accedente voce, quæ ex terræ visceribus prodire videretur. Nempe אוב apud Hebræos significare vas hujusmodi profundum, nec alias istam speciem Magiæ esse ignotam, quæ Græcis Νεκρομαντεία vocetur. Eam exercitam fuisse â quodam Mago, in loco quodam, ubi ipse Autor tum commorabatur, doctus eâ de re â testibus ἀυθόπται, Magum illam vitro aquæ pleno, pecuniam tamdiu injici jussisse, donec convexam superius figuram acciperet, tum in aqua apparuisse desideratam imaginem, specula frequentius adhibere Magos his nostris temporibus, ejusque rei exemplum allegat ex Historia HENRICI VII. Regis Angliæ, idque luculenter magis in quadam ad JLL. CUPERUM Epistola exponit, ex *Sigismundo* FREIBERGERO, *in Germania perturbata & restaurata*, *Christophoro* PELLERO, *in Politico sceterato* impugnato, atque aliunde, etsi circumstantiis paulum variatis notissimum. Qua occasione Ill. Cuperus. in quadam ad Autorem Epistola, aliud vaticinium commemorat Angliæ (itidem res spectans, quas ante sex annos in Bibliotheca Jesuitarum Leodiensi, quo Roma allatum fuisse dicebatur esse vidisse ait, ad imitationem prioris, haud dubie) â quo-

dam religioni Romanæ addicto, ut illud â Proteſtante quocunque confictum. Quod omne ex hiſtoria Sagæ Endorenſis confirmatum ſit, cui Saulus dixerit, *divina mihi per* אוב *& fac aſcendat, quem tibi dicam*: Unde manifeſtum, ventriloquam eam non fuiſſe, ut quarum non ſit evocare Manes; divinationem vero per אוב commodiſſime intelligi eam, quæ fiat per vas aquis repletum, cui ſententiæ faveat domicilium Sagæ עין דר Endor i. e. *fons perennis*, puras enim aquas diabolum in hujusmodi ritibus affectaſſe. Vocem vero comitari ſolitam eſſe diabolicas hujusmodi nugas, locum Eſ. XXIX. 4. & VIII. 19. luculenter firmare. Quod autem LXX. ſenes אוב ἐγγαστρίμυθος paſſim vocent, cauſam eſſe, quod hoc nomine omnes Magi, vocem obſcuram & murmur obtuſum producentes fuerint appellati: id quod inde pateat, quod illi ipſi ſenes vocem אוב, quam ἐγγαστρίμυθος vertunt alibi Eſ. VIII. 19. φωνοῦσες ἐκ τῆς γῆς, *ex terra vocem edentes*, fuerint interpretati, cui loco accedunt non diſſimilia. Eſ. XIV. 3. & XXIX. 4. conf. A. E. *L. Anno MDCCV. p.* 15. & eandem hanc ſententiam nuper adhuc corroboravit Ultrajecti, ut ſupra jam virdimus, DN. DAVID MILL *in Diſſert. de* אוב *&* אובות. Vid. die neuen Zeitungen von gelehrten Sachen/ *Anno* 1721. *p.* 298. ſ. De SYBILLIS non eſt, ut peculiaria adjiciam, fecit id ſuccincte & ſolide magnorum Carpzoviorum ingenuus ſurculus, DN. JO. GOTTLOB CARPZOVIUS ex LACTANTIO, CASAUBONO, BLONDELLO, SGAMBATO, SCHMIDIO, CALOVIO, URSINO, HüLSEMANNO, DANHAUERO, PFEIFFERO & COLBERGIO: *in Diſſ. Hiſt. de Eccleſiæ Jud. Prophetis* §. *XII. p.* 35. *ſ.* conf. Ejusdem *Introductio ad Libros Canon. P. III. p.* 31. *ſ.* Addantur PETRI PETITI, *Libri III. de Sibylla.*

§. VII. Foris & ejiciendi deſignantur in Codice

N. T.

N. T. Φαρμακεῖς & Φαρμακοὶ, Actorum XXI. 8. XXII. 15 conf. & de Φάρμακεία Gal. V. 20. Apoc. IX 21. XIIX. 23.; Notum vero eſt, quod vocabulum Φάρμακον multoties in malam accipiatur partem, & in ſpecie Φάρμακον ἀμβλοθρίδιον & fœtus occidens ac abortivos faciens ſit deteſtatum, velut id ex ATHENAGORA, *Cap. XVII.* CONCILII *in* TRULLO, & ſuper iſtud, ex BALSAMONE ac ZONARA, imo porro ex *Canone XXI.* CONCILII ANCYRANI, ex ARSENIO in *Synopſi Canonum Can. CXXIX.* & MINUTIO in *Octavio probat* SVICERUS. *Theſauri p.* 1418. *ſ.* conf. PEROTTUS *Col.* 352. 44. *ſ.* TUSANUS in *Lexico*, SCAPULA, item & LEIGHIUS, in *Critica Sacra p.* 624. Conciſe alias quæ obſervari ex Bibliis adhuc debent, exhibuit B. LUCIUS in *Concionibus ad Apocal. num. C. p.* 596. *ad Cap. IX.* 21. Τὸ Φάρμακον, inquit, *eſt vox media. In bonam partem accepta ſignificat medicamentum, Syrach.* 38. *v.* 4. *Hinc amicus fidelis eſt* Φάρμακον ζωῆς *Sir.* 6-17. *In malam partem ſignificat venenum. Ita apud profanos; & metaphorice* Φάρμακον ὀλέθρε, *venenum perditionis Sap. I.* 14. *Hinc* Φαρμακὸς & Φαρμακεὺς, *veneficus, qui veneno aliis nocet, Apoc.* 21. 8. *C.* 22. 15 Φαρμακεία *Apoc.* 18. 23. *Ptolomæus Macron* Φαρμακεύσας ἑαυτὸν, *ſibi ipſi venena porrigens* 2. Macc. 10. *v.* 13. *Atque ſic* Φαμακεία *eſt ſpecies homicidii. Deinde vero ex uſu LXX. ſumitur de artibus magicis, incantationibus & præſtigiis diabolicis. Ebr.* כשף Φαρμακεύειν *dicitur de Magia Manaſſis* 2. *Paral.* 33. 6. *Et ab Ebr. Radice derivata ſunt* מכשף Φαρμακὸς *Exod.* 7. *v.* 11. *C.* 22. 19. *Deut.* 18. *v.* 10. *Dan.* 2. 2. *Malach.* 3. 5. כשפים Φαρμακὸν *veneficium ſeu præſtigiæ* 2. *Reg.* 9. *v.* 22. *Mich.* 5. *v.* 12. *Nahum.* 3. *v.* 4. Φαρμακεία *Eſ.* 47. *v.* 9. 12. *Vide plura de his Wierum de præſtigiis p.* 135. *ſqq.* 742. *ſqq. Geier. Comm. in Danielem C.* 2. *p.* 100. *ſqq. Diverſimode ergo* Φαρμακείας *h. l. exponunt. Veneficia intelligunt Thomas h. l. & Wierus d. l. p.* 746. *Incantationes*

tiones & imposturas magorum, Hoe, Napirus, Cluverus, Kromeyer & Coccejus, qui hanc rationem addit: si cædem per venena notaret, in Φόνεις contineretur. Ea notio vocis est & Gal. 5. 20. Utrumque simul intelligit Grave & Riccardus. Quoad detestabile facinus ipsum Celeberrimus iste Theologus l. c. p. c. b. omnium solidissime scripsit: Es ist (I) Magia divinatoria, die Zauberey / die da geschicht mit Wahrsagung/ wenn man mit Hülffe des Teuffels zukünfftige oder verborgene Dinge vorher wissen und verkündigen will / als vorzeiten aus den Opffern/Rauche/ und Vogel-Flug/und noch heutiges Tages aus den Spiegeln/Crystall sehen/Sieblauffen ꝛc. (II) præstigiatoria, die Zauberey/ die da geschiehet/mit Gauckeley und Verblendung ꝛc. Entweder objectum verum removendo, & falsum offerendo, wenn mit Hülffe des Satans dasjenige/was man sehen solte/ wird hinweggeschaffet / und hingegen etwas anders herbeygeschaffet; wie also die Zauberer in Ægypten ihre Stäbe in Schlangen verwandelten/ indem die Stäbe hinwegkamen / und hingegen Schlangen herzugebracht wurden/ 2. B. Mose 7. 12. Oder sensus pervertendo, wenn die Augen und andere Sinne bezaubert werden/daß einer meinet/er sehe etwas/daß er nicht siehet. (III.) effectoria, die Zauberey/ die da geschiehet mit Beschädigung der Menschen/ des Viehes/ der Früchte.

§. VIII Tandem & non dimittenda est historia Actor. XIX. 13. s. perhibita, ubi *quidam, VII. puta filii Scevæ Judæi & Principis Sacerdotum de circumeuntibus Judaicorum Exorcistarum, tentaverunt nominare super eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes: Adjuramus vos per Jesum, quem Paulus prædicat,* quibus dixit Spiritus malus; *Jesum novi, & Paulum scio, vos vero quinam estis? super quos & insilivit homo, in quo erat Spiritus malus & superans eos prævaluit istis, ita ut nudi & vulnerati effugerent è domo ista.*

Qualis

Qualis & casus *notus est factus omnibus & Judæis & Græcis, habitantibus in Epheso, indeque cecidit timor super omnes illos & magnum factum est Nomen Domini Jesu. Multi etiam eorum, qui crediderunt, veniebant, & confitebantur ac annunciabant facta sua, quin plurimi eorum, qui curiosa fecerunt, conferentes libros combusserunt coram omnibus, quorum computarunt pretia, invenerunt que argenti myriades quinque, adeo per potentiam verbum Domini crescebat & invalescebat.* Apparet in iis, (a) quod Judæi *obsessionem corporalem* crediderint & experti sint, quem in finem speciales *exorcistas* si non constituerunt, admiserunt tamen, & gavisi sunt, si quæ talia & quoquo etiam modo patrarent facinora filii ipsorum, id quod ex Matth. XII. 27. dispalescit, ubi Salvator noster adversus blasphemos hostes suos excepit; *Si ego per Beelzebul ejicio Dæmonia, filii vestri per quem ejiciunt? propterea ipsi vestri erunt judices.* Probe novi plures Patrum post AUGUSTINUM ipsumq; CHRYSOSTOMUM per *filios* intellexisse, ipsos Apostolos, ita namque scribit *Chrysostomus*: *Non enim dixit Discipuli mei, aut Apostoli, sed filii vestri, ut siquidem ad eandem cum illis animi nobilitatem venire velint, magnam hinc opportunitatem atque occasionem nanciscantur. Si autem in ingratitudine ac sopore mentis & in nequitia permaneant, nulla sibi ratio ad excusationem relinquatur. Tale igitur est, quod dicitur: Si ego in Beelzebub ejicio, Apostoli ac Discipuli mei in quo ejiciunt? Expulerunt enim jam & Discipuli Dæmonia potestate illis à Christo data, nec ipsos criminabantur. Non enim rem, sed personam persequebantur. Ut igitur ostenderet ea, quæ adversus ipsum aut dicebant aut cogitabant, ex sola invidia proficisci, Apostolos in medium produxit. Nam si ego ea ratione dæmonia expello, qua suspicamini, multo magis illi, qui à me potestatem projiciendi acceperunt: de quibus cum nihil tale unquam suspicati sitis, quomodo mihi, à quo illi hanc gratiam habuerunt, molesti estis, nihil tale in ipsos conferentes? Quâ de re non evadetis supplicium, sed cruciatus majori torquebimini. Ac ideo subjunxit, Ipsi vestri erunt judices: nam quoniam à vobis sunt ejusdem legis atque disciplinæ, & tamen mihi paruerunt; non est dubium, quin condemnabunt vos, à ni-*

bus contra & dictum & factum est. Sed sunt tamen alii, qui cum LIGHTFOOTO consentiunt, quando commentatur: *Per filios vestros videtur Christus intelligere discipulos aliquos Pharisæorum, hoc est, nonnullos e Judæis, qui, exorcismis usi, videbantur Damonia ejicere, quales illi Actor. XIX. 13. & tamen à suis non audierunt, Vos ejicitis Damonia per Beelzebul. Observatione dignum est, quod Christus illico dicit: Si vero ego per Spiritum DEi ejicio Damonia, tum pervenit in vos Regnum DEi. Quid enim hoc aliud sonat, quam Christum primum fuisse, qui ejiceret Damonia? (quod signum iis indubitatum, advenisse jam Regnum Celorum) Illud autem, quod ab iis præstitum per exorcismos, non tam ejectio Damonum erat, quam delusio populi, cum Satan Satanam non ejiceret, sed ex compacto cum se ipso & turba sua ejici videbatur, ut magis deluderet. Sensus ergo verborum Christi hue redit: Quod Discipuli vestri Damonia ejiciunt, vos Beelzebuli non atribuitis, imo nec Magiæ, sed opus ab iis præstitum tum applauditis illi ergo possunt hâc in re judices vestri esse, vos ex virulentia atque animi veneno hæc de actionibus meis pronunciare.* Quam & sententiam MEISNERUS ac alii defendunt. Interea cum bene senserint omnes de filiis Pharisæorum, quod illorum Exorcismus *non tam ejectio Damonum, quam delusio populi* fuerit, in eundem finem obtinebunt verba Dn. ARCULARII, quæ legimus in *Commentario Trium Virali ad Acta p. 436. s.* his quidem lineis: *Postquam exposuit Lucas, quemadmodum Dominus veris miraculis, Pauli ministerio editis, apud Ephesios Evangelii doctrinam confirmarerit: addit, ut impios represserit conatus eorum, qui falsis miraculis superstitiones confirmare, & Sancto Christi nomine ad quæstum abuti, atque ita Evangelii doctrinam suspectam reddere studebant. Quorum persona hic describuntur. Nam Judæos fuisse Lucas narrat, & quod ad personarum auctoritatem faciebat, filios Sceuæ, principis Sacerdotum, quorum professio fuit, conceptis verborum & adjurationum formulis Damones expellere, unde Exorcistæ appellantur, homines circumforanei, qui passim oberrantes, arte illa quæstum faciebant, idque contra DEi mandatum & vocationem. Neque enim usquam legimus in lege DEi, ejusmodi professionem à DEo institutam: sed ab hominibus inventa fuit, & ex κακοζηλία quadam & prava imitatione verorum, qua à Prophetis olim edebantur, miraculorum profecta, & Satana instinctu ad obscurandam*

DEi

DEi laudem, ex Prophetarum miraculis conspicuam, usurpata. Unde & Sancto DEi nomine in exorcismis suis utebantur, cujus pronunciatione ac sono tum Damones fugari, cum morbos quoscunque pelli, superstitiose opinabantur. Unde apparet, quam corruptus tum fuerit Religionis status in populo DEi, quando Pontificum filii his artibus operam dederunt. Conf. post IRENÆUM, THEODORETUM &, PELARGUM, HUNNIUS, FLACIUS, CLERICUS, MAJUS & PFAFFIUS. Addatur de *Exorcistis* & *Exorcismo*, PEROTTUS, SVICERUS, ARNDIUS, FABRICIUS, CALVOERIUS VOIGHTIUS & multi alii. Apparet (β) quod apud *Ephesios* multi fuerint τὰ περίεργα πράξαντες, qui curiosa, supervacanea, nimium solicita, affectata, multaque molestia & supervacua operositate, superstitiosa agitarunt: Die Vorwitz getrieben / ihre aberglaubische Dinge als göttliche ausgegeben/ümhergefaselt und getendelt/Küchen rüchtig geworden/ gewesen wo sie nicht sein sollen/und gethan was sich nicht gebühret. Vid: ex XENOPHONTE, ISOCRATE, ÆSCHINE, THEOPHRASTO, ERRESIO, & aliis TUSANUS SCAPULA, SCREVELIUS, LEIGHIUS, GUMPRECHTUS J.P. PFEIFFERUS & alii. Concordant enim Exegetæ in sequentibus, quod *Ephesii* magicis artibus mirum in modum dediti fuerint, idque visi sint facere hortatu Deæ suæ *Dianæ*, ut scripserint *verba quædam obscura, ænigmatibus simillima, neutiquam cohærentia*, descripta in pedibus, zona, & corona Dianæ, quin etiam *integras & barbara superstitione præditas voces, modo cum, modo sine characteribus* delinearint, opinati, quod si quis iisdem uteretur, ac eas descriptas secum gestaret, in omni negotio victor evasurus sit; unde & proverbium ortum: *Ephesiæ literæ.* de rebus fortunam & felicitatem juvantibus, cont. de Dianæ Ephesiæ symbolo, templo ac verubus, *Symbolica Dianæ Ephesiæ statua, à Claudio* MENETREJO *exposita; cui accessere Lucæ* HOLSTEINII *E-*

pistola, de verubus Dianæ Ephesiæ & Jo. Petri BELLORIJ *notæ in numismata apibus insignita & Jacobus* GRONOVIUS *in Thesauro Antiquitatum Græcarum contexto & designato, Volum VII, p.* 357. *f.* Occasione autem illarum literarum I. notularum, mirus proventus factus est profitentium magicas artes in Asia, qui eo plus fidei habebant, quod artes illas prætextu Deæ Dianæ exercebant, & quod nonnunquam cooperatione Sathanæ, aliquid magicis suis artibus efficere videbantur; Addatur omnium instar *Dn. C. S.* SCHURZFLEISCHIUS: *De literis Ephesiis.* Hi ergo nunc conversi ac ad fidem Christi adducti, multos *comportatos libros excussérunt coram omnibus & supputatis pretiis illorum repererunt quinquaginta millia Denariorum.* Libros hos magicos solum crediderunt multi. Vid: LENEUS, Verum quod non solum Magici, sed & alii libri intelligantur, omnino probabile est; hinc GVALTHERUS; quotquot *inutilibus & offendiculi plenis studiis potius, quam pietati serviunt, quales fere sunt Astrologici, Geomantici, vatidici, amatorii, & si qui alii sunt hujus generis.* Cont. AUGUSTINUS in *enarratione Ps. LXI.* & ARCULARIUS, l. c. Numismatum genera fuisse varia ex Antiquitate constat, quæ more suo, hoc est omnium exasciatissime congessit Dn. D. FABRICIUS, in *Bibliographia Antiquaria, Cap. XVI. p.* 517. *f.* addatur *J. P.* PFEIFFERUS *Antiquit: Græcarum Lib. II. Cap. XXXIX. p.* 310. *f.* & de signaturis monetarum Vid. REINESIUS. *Var. Lect. Libr. II. p.* 132. *f.* post jam adductum Dn. FABRICIUM. Apud Judæos vero ac peculiariter adhuc inveniuntur λεπτὸν minutum, seu quadrans ultimus, κοδράντης Quadrans, Ἀσσάριον, גרה / אגורה / קשיטה / כסף & Ἀργύριον, Δίδραχμον, στατὴρ, Δηνάριον, זוז / שקל / זהב / ארכוז / מנה / ככר & κέρματα, Vid. GOODWINI. *Moses & Aaron, Libr. VI. Cap. X. p.* 605. *f.* ARIAS MONTANUS *Tom. VIII. Critic. Anglicanum p.* 639. *f.* & post WASERUM, BREREWODUM, FRE

FREHERUM & alios, quos Celeb. DN. FABRICIUS *l. c. p.* 519. *ſ.* exhibuit, *Guilielmus* BUDÆUS, *De Variis Siclis & talentis Hebræorum, curante Henr. Günth. Thulemario.* Habeant interea alii ſententiam, quod ſumma illa in Actis exhibita, ſi ad monetam noſtram exigatur, plus quam *quinque millia Aureorum Rhenenſium* valuerit, ut BRENTIUS, â quo parum differt SELNECCERUS. Specificet omni ſuo placito GVALTHERUS ſummam 6666. *florenorum*; intellexerit GERHARDUS denarium, qui cum groſſo Anglico idem ſit, ut ſic ſumma *quinquaginta millia denariorum* ad numerum *decem millium florenorum* ſit reducenda; magis tamen nobis placet eorum ſententia, qui ἀργύριον cum Siclo conferunt, atque ſic omnium ſimpliciſſime *quinquaginta millia florenorum ſ. vices quinquies mille thalerorum* intelligunt. Vid. *Antonii* BYNÆI Gekreutzigter Chriſtus *Cap. IV. p.* 202. *ſ.* conf. alias adhuc DRUSIUS *Prater. Lib. V. p.* 186. *ſ.* Nugarum interim Judaicarum brevem complexum hic dedit, *Chriſtoph.* PELARGUS, *in Hiſtoria Sacra quam Liber Actuum Apoſt: complectitur, methodica & brevi Expoſitione ad l. c. p.* 392. *ſ.* Deſcribuntur, inquit, hic perſonæ: *Quod fallaces illi operum divinorum ſimii fuerint Judæi, inter quos etſi varii, multique ordines, diſtincta Levitarum officia, nulla tamen Exorciſtarum divina extat conſtitutio, niſi quod temerarium & audax hominum inventum ex Veteri traductum putatur fabula, qua Salomeni conjurationum artes & exorciſmos adverſus Daemonas, omnisque generis morbos tribuebat ap. Joſeph. Libr. VIII. Antiqt. VII. Cap. Verba Joſephi: Vidi ex popularibus meis quendam Eleazarum in præſentia Veſpaſiani & Filiorum & tribunorum, reliquorumque militum, multos arreptitios percurantem. Modus vero curationis erat hic: Admoto naribus Daemoniaci annulo, ſub cujus ſigillo incluſa erat radicis ſpecies, à Salomone indicata, ad ejus olfactum per naſum extrahebatur Daemonium; & collapſo mox homine adjurabat id, ne amplius rediret, Salomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens dein Eleazarus his, qui aderant, oſtendere ſuæ artis efficaciam, non longe inde ponebat poculum, aut pollubrum aquæ plenum, imperabatque Daemonio hominem exeunti, ut his ſubverſis ſignum daret*

 ſpectan-

spectantibus, quod reliquisset hominem. Cont. GVALTERUS, LENÆUS & *alii*: Quemadmodum interea *Rabbini* provinciis, hominibus, astris, quin & elementis ac meteoris certos Angelos præfecerunt; ita quoque adjurationes istorum exhibet EISENMENGERUS *Part. II.* Des entdeckten Judenthumbs *Cap. VI. p.* 380. *f.* De Libris suppositiis Salomonis videri etiam possunt *Petrus* LAMBECIUS. *In Prodromo Hist. Lit. p.* 200. & ex *Cedreno*, *Josepho*, *Reuchlino* & aliis HOTTINGERUS, in *Thes. Philolog. Libr. II. Cap. II. Sect. II. p.* 533. Addatur Dn. FABRICIUS in *Codice Pseudepigrapho. V.T.*

§. IX. Ne vero cuiquam quid in dubium veniat de mea sententia, explicare propterea hic opus mihi fuit, quid sentiam, de hodie sat multiplicatis dicteriis Novaturientium; venit vero inter legendum in manus meas Tractatus, sic dicti ALOYSII CHARITINI, (quem esse *Dn. Jacobum* BRUNNEMANNUM, *Adsessorem Scabinatus Regii Stargardiensis & statuum Pomeraniæ ulterioris Syndicum, per Ill. Dn.* LUDOVICI edoctus sum. Vid. Illius *Constitutiones criminales Caroli ad Art. XLIV. p.* 66.) sub rubro: Discurs von betrüglichen Kennzeichen DER ZAUBEREY/ worinnen viel abergläubische Meinungen vernunfftmäßig untersuchet und verworffen/ wie auch Carpzovii, Berlichii, Crusii und anderer/ so wol Päbstischer als Protestantischer Jure Consultorum, mißliche und leichtgläubige Lehr-Sätze von der Zauberey/ erwogen und beleuchtet worden/ allen Gerichts-Haltern/ dann auch Land Predigern/ zu vernünfftiger Führ- und Beurtheilung eines Hexen Processes: Negst einer Vorrede von dem Vorzuge derjenigen Zeiten/ in welchen man bemühet ist/ alle eingewurtzelte Irrthümer auszurotten/ in Liebe zur Gerechtigkeit/ communicirt. Laudo hic, ut serie abs Autore Consultissimo data, res dimetiar, quæ in *Præfamine* de Philosophia restituta §. I. & II., de re literaria ex-

tum & quousque extendi possit concursus ad libidinosos istiusmodi motus aut exitandos aut fovendos? Neminem hic fugere arbitror, imaginationis stupendam esse vim circa fœtus, ex legitimo concubitu subnatos, Vid. *G. W.* WEDELII *Pathol. Medica dogmat: Sect: II. Cap. IX. p.* 318. *f.* Addatur *Mons le* PEU, la Pratique *des Accouchements, Cap. V. f.* sed an & circa molas quascunque alias, in utero mirifice sæpius efformatas & monstrosse productas, influat sola imaginatio; aliquando etiam vel sola imaginatione, illico corpus totum, sed non vivum & anima instructum evaserit? Medicorum celeberrimi adstruere dubitarunt: In genere quidem de mola scribit exhibitus *Illustris* WEDELIUS *l. c. Sect. III. Cap. XI. p.* 643: Mola ipsa, tanquam conceptus falsus, ut monstrum deformatus, alia est 1) sangvinea ein Schutz vocant, â retento sangvine, & cum impetu effuso, improprie magis talis, respective; 2) serosa, & vesicularis 3) carnea informis suis terminis gaudens, apparatis communibus ipsius fœtus ministris, fibris & carnibus, sed citra ideam seminalem & specificam perfectam: addatur HEURNIUS, *de Morbis mulierum Cap. VI. p.* 261 *f.*; Quod & venerit speciatim illa ipsa sententia multis, ex scholis Medicorum, acsi completum corpus per imaginationem efformari possit; vel unus *J. C.* BECMANNI, in rarioris commatis dubio aperuit deductio, quam in *Lin. Doctrin. Moral. Cap. II. §. VI. p.* 21. *f.* exhibuit: Quæritur, inquit: An conceptio fœtus animati per solam Imaginationem Mulieris fieri possit? *Resp: Affirmativæ rationes & exempla allegat Alph. Caranza de Part. Nat. & Legit. C. XX. Q.* 70. *Pro eadem pronunciatum in Parliamento Gratianopolitano An MDCXXXVI. Fœmina nobili constanter asseverante, se sola Imaginatione præsentis mariti Hier. Augusti de Montleon, qui quadriennio cum Cardinali Valetho in Alsatia abfuerat, ibidemque obierat, concepisse, ac filium enixam*

fuisse

fuisse. Sed Sorbona sententiam hanc reformavit, causata, eandem non tantum palliandis quibusvis impuris amplexibus obtentui fore, sed in ignominiam Sanctissimæ Conceptionis Christi cessuram. Vid. Erasmi Francisci Lust-Schaub: *p.* II. *Sect. 6. p.* 12. 13. *& seq. Quibus addimus, Naturam semper præsupponere materiam, in quam agat, quæ hic nulla est; Neque enim ullis imaginationis viribus semen virile produci potest, Molas tamen, sed non vitales, ita conceptas, certe gestatas fuisse Medici agnoscunt. Imaginatia Veneri talem informem concretionem relinquente, æque ac Natura Autumnali tempore tubera producit, Imaginarium Regnum Vegetabile ita meditans, quia satis virium ad herbas producendas non amplius habet. Vid. pluribus Paul. Zachias Qq. Medico Legal. L. I. Qu. IV. n.* 27. ut admirari propterea nobis omnino sit opus, quod *B.* LUTHERUS suo tempore quoad hoc Medicorum sat abstrusum ζήτημα potuerit multa ex parte judicium interponere in suo genere sat disquisitum, dum *Tom. IX. Altenb. p.* 175. *b.* scribit; Was aber die Buhle Teufel / so sich zu den Zäuberin thun / Incubos und succubos genandt / belanget / bin ich dawider nicht / sondern glaube / daß es geschehen könne / daß der Teufel entweder Incubus oder succubus sey: Denn ich habe ihrer viel gehöret / die von ihren eigenen Exempeln gesagt haben: Und Augustinus schreibet / er habe solches auch gehöret von glaubwürdigen Leuten / denen er habe glauben müssen: Denn dem Satan geschiehet gar lieb damit / wenn er uns also in einer angenommenen / eines Jünglings oder Weibs-Gestalt / betriegen kan. Daß aber aus dem Teufel etwas in einem Menschen solte können gebohren werden / das ist durchaus falsch; Daß man aber saget von häßlichen und ungestalten Kindern / derer ich etliche gesehen habe / sie seynd dem Teufeln ähnlich / halte ich / daß dieselben von Teufeln also verstellet / nicht aber von ihnen gezeuget seynd / oder seynd rechte Teufel selbst / die Fleisch haben

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0054
DFG

ben / entweder falsch und geferbt / oder etwan hergestohlen. Denn so aus GOttes Verhengniß der Teufel den gantzen Menschen besitzen / und sein Gemüht endern kan / was ists Wunder / daß er den Leib verstellet / und schaffet / daß entweder Blinde oder Krüppel gebohren werden? Darümb kan er gottlosen Leuten / und die ohne GOttes-Furcht leben / wol ein Gespenst für die Augen machen / daß ein junger Gesell meinet / er habe eine Jungfrau im Bette / wenn er den Teufel drinnen hat / daß aber aus demselben Beyschlaffen etwas könne gezeuget werden / gläube ich nicht. Denn viel Zäuberin seynd hin und wieder darüm verbrandt / daß sie mit dem Teufel gebuhlet und zugehalten haben. Denn kan er dir für die Augen und Ohren ein solch Gespenste machen / daß du dich düncken lest / du sehest oder höreſt etwas / das doch nichts ist / wie viel leichter ists ihm / das Gefühle zu betriegen / welches in dieser Natur sehr grob und dick ist.

§. XX. Veluti autem jam suo tempore incomparabilis *Caſparus* HOFFMANNUS, *Inſtitut: Medicarum Libr. III. Cap. CXXVI. p.* 482. dubitare cœpit circa has molas & ortum earum hactenus creditum, ad duo Galeni eaque insignia dubia respiciens, intregit, ita post eundem nunquam satis laudandam præstitit literario orbi operam *Jo. Baptiſta de* LAMZWERDE, *in Hiſtoria Naturali Molarum uteri*, Has enim quæstiones de molis virginum, & sagarum a diabolo prægnatione Cap. XXIX. ad imum resecat & utriusque falsitatem ostendit, speciatim Cap. XIIX. prolixe disputat & negat, quod virgo, absque maris copula possit generare molam, idem Cap. XIX. de viduis pariter adstruit, & nec easdem concipere molam virtute mariti defuncti relicta in utero, sine novi maris auxilio, defendit; nec minus Cap. XX. feliciter evincit, quod nec virgines & viduæ, nec conjugatæ mulieres, viribus imaginationis,

molam gignere possint; imo Cap. XXI. Averrhois & Amati Lusitani aliorumque errores & detegit & refutat, qui virgines viduasque per attractum in balneo semen, à viro effusum, item per accubitum mulieris, brevi antea cum marito congressæ, concepisse, aliisque modis sperma masculinum â matrice allectum, conceptioni inserviisse, falso tradiderunt; operose autem non minus, quam erudite Cap. XXII. ostendit, diabolum vel dæmonem incubum, non posse virtute sibi congenita, ex semine præciso in virgine vel vidua succuba, suscitare prolem vel molam, cum in actu generationis longe plura requirantur, quæ diabolus nec procurare, nec imitari possit, imo piaculum esse ait, statuere, dæmonem tale quid præstare posse, cum ipsa Deiparæ conceptio possit hoc modo impugnari, ac asseri, Angelum Gabrielem, cum annunciaret conceptionem, simul Mariæ uterum impleviisse semine præciso. Adhæc, si dæmon incubus præstare queat officium viri, nullam apparere rationem, cur non ipse valeat puerperæ munus subire, cum non plura requirantur impossibilia, ad nutritionem fœtus in dæmone succuba, quam ad generationem per incubum. Videantur in sequentibus adhuc scita & curiosa multa, quorum sciagraphiam dederunt *A. E. L. de Anno MDCLXXXVI. p.* 539. *f.* Accesserunt postmodum observationes exasciatæ Medicorum & hodie forsan plures sibi selegerunt demonstrationem Expertissimi RUISCHII, qui in *Observationum Anatomico-Chirurgicarum Centuria n.* 56. decidit, Molas illas decantatas nil esse, nisi *carnosas uteri excrescentias, aut placentulas retentas & ab utero compressas, neutiquam vero e mala conceptione oriri, cum & â virginibus, ac vetulis, cum viro haud cohabitantibus, interdum excerni soleant.* Quibus omnibus dum facile consentio, nec amplius imaginationi insolitos istos tribuo effectus, id solum superest:

Annon

Annon Diabolus effascinatione ac fraudibus illudere possit sensibus hominum, ut ad lasciviam proclives imaginentur sibi, quod concubitum admiserint, aut experti sint: In eoque tam possibilitatem, qvam actum illusionis istiusmodi, neq; rationi, neq; revelationi oppositum deprehendi, qvamvis etiam diaboli sint sua natura ἀσώματοι, per assumpta tamen corpora libidines & alia peccata secundum affectum, si non effectum, peragere posse, exempla abunde probant & confirmant. Conf. AUGUSTINUS, *Lib. XV. De Civitate DEI Cap. XXIII.* & alibi passim.

§. XXI. Sed omni prorsus telorum genere contra hanc doctrinam insurgere moliuntur Domini Charitini selectiores Amici, dum §. II. ulterius, ut spiritui cuivis hanc potestatem adimant, ita etiam disputant, diabolo non esse hanc facultatem, ut circa materialia & corpora occupari possit, e.g. Die Menschen/als schwehre Cörper durch die Lufft zu führen und andere dergleichen Dinge contra ordinarias leges naturæ & regulas motus verrichten. Magnam hic litem, (ut concinne scripsit *D. M. Andreas Kunadus, in Thesibus adversus Balthasarem Bekkerum circa operationes dæmonum, in Libro, qvem vocat* die bezauberte Welt / *gravissime, errantem §. VIII. in nota adjecta*) nobis movet Bekkerus (1.) enim excipit: Ergone differentia illa in hoc statim consistit? *Libr. 2. Cap. VII. §. 13.* Neqve enim attinet naturam & vim Angelorum in tantum extollere, quia perfectio animæ, qua corpori præstat, non efficit, ut illa absque corpore elegantius canere, quam alauda possit, aut clariores formare sermones, quam psittacus aut pica formant. Vir prudentissimus pariter & robustissimus, imperitus si sit rei nauticæ navem regere tam commode non poterit, quam qui ab infantia nautam se præstitit remosque gubernavit. Respondeo: Etsi spiritus (ut vocant) completus ab incompleto non tam in hoc

differat, quod movere omnia possit corpora, cum alterius gubernationi unicum tantum subsit; quam in illo, quod ad corpus ipse non sit ordinatus, cum alter ad corpus ordinatus sit; sufficit tamen, quod inde sequitur, aliam illius quam hujus rationem esse. Nam secundante nos experientia facile hinc statui potest, illum ad varia, hunc ad suum duntaxat corpus movendum accommodatum esse. Sicut igitur omne simile claudicat, ita nec aliud de illo, quod â nauta BEKKERUS desumsit, judicium dare possumus, quippe quod hic prorsus alienum est, ubi non quæritur: An felicius corpus aliquod humanum gubernent dæmones, quam anima ad aliud corpus ordinata? Sed, An agere hæc in mundana & operari dæmones, (quocunque id nunc fiat modo) queant? Nondum his contentus Autor excipit (2) Spiritus non operari, nisi cogitatione; Sic autem à sapientissimo Creatore circa homines rem esse constitutam, ut in illis secundum certas cogitationes animæ, certi fiant corporis motus, in alia autem corpora cogitatio animæ nostræ immediate agere nequeat. Ergo cum spiritus completi â DEO non sint ita creati, ut corpora cogitatione sua dirigant, immotum manere, illos etiam in corpora agere non posse. Sed respondeo primo falsam esse hypothesin, quod anima cogitando tantum operetur. Placent enim verba supra laudati DN. FALCKII, qui §. 12. dicit: Nostra sententia est, præter voluntatem Angelicam, quando spiritus ille operatur, requiri præsentiam ejus substantialem, requiri potentiam actumque exsequentem, sine quibus si fuerit, nulla est, quæ corpus distans attingat & moveat operatio spiritualis. Deinde addo, licet spiritus completi ad corpora ordinati non sint ita, ut ea tanquam sua dirigant, tamen negare neminem posse, eos sic esse à Deo creatos, *ut corpora quædam movere possint*, &

actu

actu interdum moveant, quia & nullum datur argumentum contrarium & varia hujus rei exempla hoc demonstrant. Meretur interim legi adhuc *Summe Rev. Dn. D. Justus Wesselus* RUMPÆUS, *Gymnasii Susitani Director Meritissimus, Fautor & in Christo Frater noster longe dilectissimus.* In Dissertatione eruditissima de quæstione: *Utrum detur aliqua Diaboli in hoc mundo operatio?* & si nervosa responsio desideratur, leges eandem §. XI. ubi ad argumentum Beckeri, qui negat operationem diaboli in hoc mundo, *quia neq. Philosophia, neq. Natura doceat, Spiritum posse operari in alio,* respondet: *Eluditur hoc argumentum instantia â Deo & anima nostra petita, qui tanquam Spiritus in alio operantur, si namq. DEus, tanquam Spiritus infinitus, potest in creaturis â se diversissimis operari, ut quidem ipsa ostendit providentia, quidni diabolus, tanquam spiritus finitus, in aliis operari possit? cum tanta inter diabolum, & illum, in quo operatur, non sit distantia, quanta inter DEum & creaturas. Infiniti enim ad finitum nulla est proportio. Anima nostra rationalis, etsi sit spiritus, operatur tamen in nostro corpore, quippe cum quo est unita. Motum namque imprimit spiritibus animalibus, atque per illos veras in corpore exercet operationes.* Vid. ROMANI. *Schediasma de Spectris,* Dn. GOLDSCHMIDT. *l. c. p.* 174. *sqq.*, Dn. FALCKE. *l. c. p.* 87. *sqq.* SPANHEMIUS. *in Elencho Controversiarum p.* 673. *sq.* & TENZELIUS, in der Curiosen Bibliothec *Anno* 1704. p. 75. ſ.

§ XXII. In *Parte II. Dn.* CHARITINI nil reperitur, quod consensum nostrum impediret, hinc ad *tertiam* dum progredimur, multa industria defendimus cum ipso, quod magiæ indicium non sit *fama vaga*, sed solida & judiciali discussione roborata, Vid. COTHMANNUS *Respons. Vol. I. n. XI.* & *Matth.* STEPHANI *ad Art.* XXV. *Constit: crimin.*, post CARPZOVIUM, BODINUM, COCCEJUM, MAURITIUM & TABOREM, quos adhuc exhibuit *Dn. Charitinus* §. *I.*

& II. Eodem modo sincere credimus. Quod *non probetur Magia, si saga in tortura confiteatur, quod viderit aliam sagam in Bructerorum monte.* Vid. post ZANGERUM, BERLICHIUM, CARPZOVIUM & STRYCKIUM, quos. *D. Joh.* SCHACKIUS in *Disput. Jurid. De Probat. Criminis Magiæ §. XIII. p.* 17. exhibuit, Dn. CHARITINUS §. 3. s.; adversus qvem tamen hic ut monerem aliqua, ipsa necessitas exegit. Quando igitur Consultissimus Vir (1) urget, quod Carpzovius *nominationem consocii criminis sufficiens indicium torturæ statuerit*, & quidem sine ratione, ohne bedencken / tunc, si unquam in præjudicium celebris Viri veritas improbe immutata, illud hic factum esse, ipsis meis oculis usurpavi, statim enim numero 20. Quæst. CXXI. (typus namque fallit, dum apud Charitinum allegata Quæstio CXX. legitur) & expressissime Excellentissimus CARPZOVIUS indicium ad torturam sufficiens oriri asserit ex nominatione socij criminis, *secundum jura ac leges qualificata*, id quod â numero 20. ad 40. amplis, scitis & solidis conditionibus, restrictionibus & explicationibus, eruditissime & pie diffudit, ut tenui meo judicio & cœteris demum paribus, tuto ac feliciter vestigia. Ejusdem secuti sint SCHüZIUS. in *Comp. Juris Lib.* XLIIX. *Tit.* XIIX. *p.* 708. & KRESSIUS. *in Commentat succincta ad Constit. Crim. Art.* XXXI. *p.* 58. Quando (2) *Dn.* CHARITINUS §. *III.* & *IV.* testimonium Dn. SPENERI suum facit, tunc mihi istud omne placet, modo id observetur, quod Dn. SPENERUS crimen magiæ confessus fuerit, hac emphatica exaggeratione, daß dies Laster der Zauberey von sich selbsten/eines der allererschrecklichsten sey; Deinde Consultissimus Dn. Charitinus rectius informare debuisset Dn. SPENERUM, daß bey förmlichen Hexen-Inquisitionibus, es nicht so fort auf Brennen hinauslaufe / und man dergleichen denunciationibus nicht sofort und schlechterdinges Glauben zustelle /

zustelle/ cui accedit, quod nec inculpato defensio denegetur; Conf. *Theodorus* REINKINGIUS, in *Responso Juris, in ardua & gravi quadam causa, concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum & inde exortam diffamationem, n.* 370. *f.* KRESSIUS *l. c. p.* 90 *f. in notis*, & quod denique ante omnia *de corpore delicti* constare debeat, i. e. *non de solo eventu, sed quod eventus probabiliter ex hac causa secutus sit*, ut demum, quod maximum adhuc est, in re ullo modo incerta, *magis pro reo, quam contra eum* sit laborandum. Conf: REINKINGIUS. *l. c. n.* 625. *f.* G. BEYERUS. *In delineatione Juris Criminali, Pag.* 66. *Posit* XIX. *f.* Quando porro (3) Dn. CHARITINUS §. 5. ex Illustris Dni. STRYCKII *Proœmio Tractatus de jure sensuum n.* 652. *f.* Juccenturiantibus, COCCEJO, FICHARDO & WIERO arguere voluit, daß auf dergleichen Hexen Confessionibus, daß sie diese oder jene auf den Blocks-Berge gesehen/ nicht einmahl ein indicium ad inquisitioem specialem zu nehmen/ tunc cœteris paribus, omne mitius consilum in hac causa probo, nec tamen id sequitur: Die Eltern sagen aus/ daß ihr Kind an einen ordinairen Fieber gestorben. Ergo haben die Hexen dabey keine Gemeinschafft gehabt? Die Hexe ist in einem tuncklen Keller umgetauffet/ und ihr ist bey währenden Actu Sand an statt des Wassers/ über den Kopff in die Augen gestreuet worden. Ergo kan sie ihr Gevattern nicht gekandt haben. Quando hismissis deniq; (4) ad *Experientissimum, Dn.* HOFFMANNUM §. 6. se recipit Dn. CHARITINUS, tunc in gratiam ipsius ex VALÆO lubenter admitto, quod verbum συλλαμβάνειν Matth. IV. 5. 8. non necessario inferat acceptum in aere transferre, sed assumere, comitem sibi adjungere, intera quod ad rationem attinet: Weil der menschliche Cörper mehr als 200. mahl schwerer ist/ als die Lufft particulen/ so müste auff diesen Fall der Teuffel/ entweder die Schwehre dem menschlichen

Leibe

Leibe benehmen/oder aber die Lufft schwerer machen/als einen menschlichen Cörper/ welches ein Miraculum seyn würde. eadem me hactenus permovere non potuit : Quamvis enim stricte satis experientissimus autor aërem sit dimensus, ut spatium istud, quo corpus humanum in aëre ferri deberet, ad pondo unum non extenderit, quot enim sunt homines, qui ducentesimum ponderis numerum haud absolvunt? mihi tamen de aëris natura omnia alia constant, & contrarium tot documentis confirmavit, *Dn. Otto de* GVERICKE *in Experimentis novis Magdeburgicis, Lib. III. Cap. XX. & f. p.* 98. *& f.* Cont. *Sam.* REYHERI *Diss. de Aëre Cap. XI.* ut de WILKINSII experimentis nihil adferam, Vid. dessen vertheidigter *Copernicus Lib. I. Cap. XIV. p.* 95. *f.* aures proinde potius & animum adhibeo commentanti LUTHERO: Was des Satans Vermögen und Gewalt sey/ und was er am meisten begehre und suche/ haben wir gnugsame Unterweisung und Zeugniß aus der Historie von Job: Denn er erreget Ungewitter/ machet Donner und Blitzen/ oder wie die Schrifft davon saget/wirfft Feuer vom Himmel herab/treibet Feinde auff/beleidiget auch/ und greiffet an den Leib/ und machet ihn voll Schweren. *Tom.* IX. *Altenb. p.* 501. & ex his ipsis infero: Wie solte es ihm denn nicht möglich seyn/ menschliche Leiber durch die Lufft zu führen.

§. XXIII. De *unguentis & herbis effascinantibus* non est post illa, ut cumulet Dn. Charitinus §. 7. plura ex DIOSCORIDE, GARCIA ABORTO, OLEARIO, BECCHERO, BOHNIO & MALEBRANCHIO: Multitudo enim errantium non parit errori patrocinium, neque firmiter infertur: Wo Kräuter sind/ die auf eine Zeitlang toll/ wahnwitzig und albern machen/ so haben dieselben alle Zauberer? und wenn sie auch dieselben hätten/ so ist dabey gantz keine Gemeinschafft und Mitwirckung des Teufels/ und im

Fall

Fall einige Leute aus Blödigkeit des Verstandes sich vor Zauberer gehalten / so sind alle / die sich als Zauberer bekandt und gestanden / blödes Verstandes? Interim cum denuo, CARPZOVIO ut sit infestus, memorat § 8, quod *Ericus* MAURITIUS in *Consil: Chilon.* XL. *P. 2.* ob nudum pactum cum diabolo, citra damnum illatum pœnam capitalem non admiserit, tunc diffiteri non potuit, JCtorum consensum cum Carpzovio Ill. Dn. *J. F.* LUDOVICI, in *Caroli V. Constitutionibus Criminalibus ad Articulum CIX. p.* 137, Scribit enim: *Hoc Criminalistæ omnes ita explicant,* (an bene, an male, alia quæstio est,) *si sc. speciale pactum cum diabolo non intercessit. Si enim hoc adest, vel si lamiæ cum dæmone, ut narrant, concubuerint, pœna ignis dictitatur, Carpz: quæst:* 49. *n.* 27. *sqq. Quod vero eos attinet, qui absq; fœdere cum diabolo hominibus nocent, illi pœna gladii puniuntur. Qui vero solummodo divinare conantur, v. g. in chrystallo, speculo &c. illos itidem pœna gladij manet: Denique qui saltem superstitiosis remediis, v. g. cribro, characteribus & similibus utuntur, illi pœna arbitraria carceris, relegationis, vel ad summum fustigationis adficiuntur, Carpz. quæst.* 50. *per tot.* Nec sufficit, Eundem adjecisse: *An bene, an male, alia quæstio est*, fuisset enim partium, ut rationibus magis, quam dubitationibus pugnavisset. Cum vero rationem hujus suæ dubitationis alii ultro expromant, quorum compendiosus Orator extitit Dn. TITIUS, in der Probe des geistlichen Rechtes *Libr. III. Cap. V. §. 62. p.* 513 scribens: Aus diesem kan auch entschieden werden / was von Hexen segenen und böten / wie auch von Wahrsager loß / Vid. BRUNNEM. J. E. l. 2. C. 18 §. 55. 59. zu halten sey? so ferne dadurch die menschliche Gesellschafft verletzet wird / werden solche Verbrechen billig bestraffet / nicht weniger sind sie einer Züchtigung unterworffen / wenn sie göttliche Dinge äusserlich mißbrauchen / so ferne sie aber nur gegen GOtt gerichtet sind / und im

Gemühte ihre Vollkommenheit haben/ so seynd sie/ vermöge der oben angeführten Ursachen/ von menschlichen Straffen frey/ qui & rationes suas §. 36. *f.* præmisit: tunc id modo significandum duxi, quod Consultissimus iste Vir postea lubens agnoverit, se deliquium fuisse passum: Videatur Ejusdem, Erklärung Einiger in der Probe des geistlichen Rechtes vorkommenden zweiffelhafften Stellen/ *ad Libr. III. Cap. V.* §. 28 *p.* 496. eandemque bonam mentem singulis adhuc fluctuantibus sincere precor, & hunc in finem egregia verba B. LUTHERI, *Tom. III. Altenb. p.* 642. *a.* impense commendo: Deßhalben darff niemand dencken als kündte dieser Zauberer niemand mehr betriegen/ denn nur allein diese Galater. Er gehet allezeit damit ümb/ daß ob er ja nicht alle Menschen in schädliche Irrthum durch falsche Lehre verführen kan/ daß er ihr doch viel betriege und verführe; Denn er ist ein Lügner/ und ein Vater derselbigen. Und ist gewiß/ wie ich droben auch gesagt habe/ daß er die tollen Schwermer und Rotten-Geister dieser Zeit mit solcher Kunst auch Narren machet/ regieret und herrschet gewaltig in ihnen/ machet sie so steiff und hart/ daß freylich kein Amboß nimmermehr härter seyn noch werden mag/ denn sie lassen sich nicht lehren/ hören keinen Unterricht/ lassen keine Schrifft gelten/ sondern bekümmern sich allein darüm und dencken/ wie sie mögen eigene Tropplerey und Gläßlein aus ihrem Kopff spinnen/ damit sie wider die Sprüche/ so man aus der Schrifft wider sie führet/ ein Spiegel fechten machen/ und ihre erträumete Meinung und Gedancken/ so sie in der Schrifft tragen/ verfechten und vertheidigen mögen/ dabey man ja öffentlich und eigentlich erkennen mag/ daß sie gewißlich der Teufel reit/ und durch seine Zauberey gefangen hat.

§. XXIV. Æquanimem me, imo partes Ipsius sectantem habebit Dn. CHARITINUS, quando §. 9. progreditur

dicur & asserit, daß ein schlechtes Kennzeichen der Zauberey daraus genommen werden könne / wenn eine von dem bösen Geist leiblich vor besessen gehaltene / (dicerem &: warhafftig besessene) eine andere Person beschuldiget / daß Sie ihr den Teufel in den Leib gewiesen / mutatis namque mutandis cum Dn. SPENERO ratiocinor: Ist die besessene ihrem Leibe und Gliedern nach in der Gewalt des Satans und Lügen-Geistes / wie kan den dem geglaubet werden / was Zeit ihrer Besitzung aus ihrem Munde gehet? Und solte nicht zu sorgen seyn / daß dieser Lügen-Geist / dessen Freude ist / unschuldige Leute aus Haß / in Unglück oder gar in Lebens Gefahr zu bringen / die besessene und ihre Zunge boßhaffter weise dahin zu zwinge / daß sie ein solches Unglück schmieden müste? Verum enim vero, quæ postmodum Dn. Charitinus §. *eadem nona*, impie adjecit adversus obsessionem corporalem, ipsa mea afflixerunt ilia, & quo me vertam, doloris & sinceræ commiserationis gratia, ægerrime inveni. Detestor itaque (1) male sana ejusdem verba: Es lässet sich noch vieles erinnern / ob dergleichen leibliche Besitzungen des Teufels warhafftig sich zutrüge. Auf die Exempel des Neuen Testaments / da gelesen wird / daß Christus viel Teufel ausgetrieben / antworten andere / daß die Heilige Schrifft *ad captum vulgi* sich in Redens-Arten und *phrasibus accommodire*, indem ihr Endzweck gewesen / einziglich den Weg zur Seeligkeit zu zeigen / und nicht das wahre und falsche in der *Philosophi* zu berühren. Profecto, qui Lutheranam Religionem non amplexantur, sanctum & reverendum Bibliorum Codicem adeo pollutis manibus non contrectarunt, & postquam BEKKERUS, BURNETIUS, WITTICHIUS cum aliis, has nugas volvere non verecundati sunt, in Orthodoxa Lutherana Ecclesia nubes testium comparuit adversus has male sanas volutationes, quinimo, nec defuerunt inter alias sectas, qui ju-

stissimo odio his næniis adversarentur, inter quos vel unicus sufficiat *Dn. P. VAN* MASTRICHT, qui *in Theologia Cartesiana detecta seu Gangræna Cartesiana Sect. priori Cap. V. §. VII. p. 69.* judicioſe absurditates has sic complexus est: *Nobis non incumbit nisi ut momentum hujus Cartesianismi seu gangrænam, in absurdis quibusdam consectariis ostendamus: Primo quidem, num quid admodum est in S. Scripturas injuriosum, asserere (a) de rebus naturalibus certam cognitionem è Scripturis non posse obtineri, eo quod (b) non semper loquantur secudum veritatem. Wittich. Dissert. I. c. I. §. 4. & C. XI. § 16. & C. V. §. 1. Allinga Modest. Defens. p. 78. Et (c) tam crasse ut rei ipsius veritas ex verbis erui non possit. Wittich. ibid. C. II. §. X. (d) Spiritu S. in Scripturâ nolente nudam veritatem circa naturalia, quam probe novit, manifestare. Loquitur quidem cum vulgo, sed non cum eo sentit. Cap. I. § 8. (e) tantum ut se accommodaret captui hominum. Ibid. Cap. V. § 16 ne scilicet veritate turbarentur. Ibid. Cap. II. §. 4. Idque (f) etiam fieri in moralibus & practicis. Ibid. Cap. III. in titulo & per totum caput. Et (g) hoc quidem sensu verbum DEI non esse purum ibid Cap. V. §. XVI. atque adeo (h) conceptus illas parum accurutos, sc. secundum errorem vulgi in Scriptura explicatos, tum ex lumine rationis posse corrigi: Nunquid inquam, isthæc omnia in Verbum DEI admodum sunt injuriosa, & saltim pessime sonant? Nunquid, si de Scriptis Cartesianorum talia pronunciaremus, conquerentur, se hoc pacto mendaces & impostores abs nobis declamari.*

§. XXV. Unde veror *Dn.* CHARITINUS accepit traditionem istam, daß die Juden damahls alle Unheilbare Kranckheiten dem Teuffel zugeschrieben / und selbige daher *δαιμόνια* genennet / und von so viel schweren Kranckheiten ein Patient von ihnen incommodirt gewesen / von so vielen Teuffeln hätten sie selbigen besessen geglaubet? novimus, ut de DALENII nugis circa ortum doctrinæ de dæmonibus, in *Dissertationibus de Origine & Progressu Idololatriæ n. 1, Cap. X.* prolixius non aga-

agamus, verpos istos subitos & occultos morbos, quorum ratio dari non poterat, diabolo tribuisse. Vid. EISENMENGER, in den entdeckten Judenthumb / *P. II. Cap. VIII. p.* 454. Unde vero constat, singulos incurabiles morbos dæmonibus tributos? unde ulla veri specie evincet BEKKERUS & qui ipsum seqvuntur, quod dæmones in N.T. dicantur, non qui sint, sed qui *finguntur*; quod *Jacob. II.* 19. intelligantur *Sacerdotes Gentilium* & quod incurabilibus morbis, quorum ratio Physica & Medica dari poterat, dæmoniaci & morbi ipsi dæmonia sint dicti? Commenta hæc sunt in cerebro maligno nata; *Setonim, Schedim, Seirim & Massikim* dici pluries diabolos legi, an & dæmonis nomen inter Rabbinos in usu sit? nondum ego penitius pervidi Conf. *Jac.* BASNAGE, *Histoire & la Religione des Juifs, Tom. III. Liv: IV. Chap. IX.* cognovi; Judæos alias morbos quosdam ad dæmonis obsessionem retulisse, præsertim si mentem turbarent, aut corpus graviter convellerent, non inficior, Conf. LIGHTFOOTUS, *in Chron. Temp. & Ord. Text. N.T. Vol. II. p.* 33. *f.* Maniæ etiam insolitos aff- & effectus agnosco, Vid. WEDELUS, *Pathologia Sect. III. Cap. IX. p.* 600. *f.* sed ut propterea omnes dæmones in morbos & vice versa morbos in dæmones transvertantur, nulla nec in Bibliis, nec alibi sontica causa supereſt, & quæ hujus illationis absurditas præsto est, si solus modo Codex N. T. fideliter perlustratur! Manebo, ut exempla aliqua adferam, in solis vocabulis dæmonis Matth. VIII. 31. Marc. V. 12. Luc. VIII. 22. DÆMONES *rogarunt Jesum, ut permitteret ipsis, abire in gregem porcorum*, & versu antec. 29. confitentur, *se nosse Jesum, qui venerit ad cruciandum eos ante tempus*; Apoc. XVI. Spiritus *DAEMONUM faciunt signa ad exeundum ad Reges terræ & orbis terrarum totius, ad congregandum illos in bellum diei illius magni DEi omni potentis*; Apoc. XIIX. 2. *Babylon facta est habitaculum* DAEMONUM; Act. XVII. 18. Paulus est *annunci-*

nunciator peregrinorum DÆMONIORUM; 1. Cor. X. 20 Gentes DÆMONIIS *sacrificant*; 1, Tim. IV. 1. *defecturi in extremis temporibus â fide attendent Spiritibus erroneis & doctrinis* DÆMONIORUM; Apoc. IX. 20. *Reliqui pœnitentiam non egerunt, ut non adorarent* DÆMONIA, conf. 2. Chron. XI. 15. ubi legitur: *Jerobeamus constituit sibi* sacerdotes pro DÆMONIBUS; insaniret meo judicio, qui ad morbos se reciperet, commode potius ad hos vere â dæmone obsessos & lacesitos applicabis, quæ *Dn.* OLEARIUS, *Observ. LIIX. in Matthæum p. 517. f.* circa lunaticum adversus *Bekkerum* inculcavit: *Esto*, inquit, *igitur, ut vult Bekkerus, morbus comitialis lunaticus, eo quod lunaris periodi spatium observent vices ejus, an propterea diabolus eum & infligere, & in affecto ita per vices corpore operari non poterit? Imo hoc velle videtur Bekkerus, siquidem recte eum nos capiamus: Si lunaticus morbus causa est Diabolicæ illius afflictionis, quatenus est lunaticus; lunaticus vero non est, nisi quia est periodicus: videtur aliis potius morbis, qui angustas magis periodos observant qualis est febris, uti ad hoc negotium eum debere, ut frequentiorem habeat male agendi occasionem. Sed quis dixit, vel morbum in se, vel ob vices suas periodicas causam esse diabolicorum ludibriorum? Quis neget, febrim quoque, si id permittere Deo videatur, inservire diabolo posse ad hujusmodi spectacula edenda? Et quid denique est, nisi mera φλυαρία, quicquid ea Bekkeri quæstione continetur? quæ vis esse isti ipsius videtur potest? cui aliud videtur, vel centies opponi valeat. Sed quid faciemus Christi orationi, si admittantur Bekkeriana nugamenta, qui delato ad ipsum dæmoniaco, minis interpositis, spiritui immundo, referente πῶς Marco Evangelista dixit: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum? Quis unquam morbum ita affari velit, morbum quem esse sciat? Hæcque adeo qui Christo tribuit, ea mente patrata, qua vult Bekkerus, nonne manifeste ad sortem Agyrtarum*

eum

eum detrudit, qui, ut Hippocrates observabat, ut plus scire viderentur, homines omnino in ea sententia confirmabant, morbos ejusmodi â daemonibus esse, verbis ipsorum magna ex parte ad Deum & daemonium sese extendentibus. Neque excuset hac, usu loquendi aliquis, possit enim fortasse Christus phrasi uti ex superstitione nata, quemadmodum multis utimur hodienum, ex sacris atque religionibus Gentilium natis. Ea vero in Verbis Christi non est nuda, quoad phrasin & usum linguae, συγκαταβασις, sed ad confirmandam sententiam de spiritu immundo, agrum hunc occupante, diserte tota composita oratio est; quod vel illudentis est hominum simplicitati, vel eorum credulitate ad augendam de se opinionem abutentis, utrumque ad fovendum & confirmandum errorem pertinet. Quae omnia quam plane indigna sint Christo, Doctore Veritatis, nostro quidem vix opus indicio habere videtur. Jam glorietur Bekkerus, suis commentis etiam augeri gloriam Jesu Christi, ad quam multo magis faciat, si morbum sanaverit, Dei qui sit opus, quam si foedissimae creaturae diaboli opus destruxerit. Certo paulo ante allegata exilia valde pro gloria Christi argumenta suppeditant. Quantum ad istud vero, morbos ego quidem semper, non Dei opera, sed peccati consequentia, quae ex sua natura in ejus poenam vergant, existimavi. Cetera non minus, quam quod reliqua opera manuum DEI Christo abnoxia sunt, in gloriam ejus hoc vergit, quod ipsi diaboli, hostes Dei, potestati ipsius cedant, ipsumque triumphatorem mortis esse probent & inferorum. Conf. Jo. MACKII Textuales Exercitationes in quinquaginta selecta loca V. & N. T. n. XXIX. Haec singula etiam adversus alios & inspecie Henricum DODWELLUM obtinent, qui Disser. II. in Irenaeum itidem ad morbum regium s. caducum inclinat, Conf. A. E. L. Anno M. D. CXC. p. 554. s. addatur Elias Henricus HENCKELIUS, in Ordine & methodo cognoscendi & curandi energumenos seu cacodaemone obsessos.

§. XXVI. Ob-

§. XXVI. Obsessionem diabolicam corporalem ulterius impugnaturo *Dn.* CHARITINO, ut obtineat, es könne natürlichen Ursachen zugeschrieben werden / daß besessene Leute frembde Sprachen redeten und Leute von ferne kenneten / non proderit BORELLUS, simulac enim iste in *observationibus suis* perhibuerat, se scriptum parare, De vanitate Magiæ, in quo omnia illa, quæ vulgo ostenta credi solent, ad naturales causas sit reducturus, Judiciosissimus MORHOFIUS hanc interposuit sententiam: *Sed ab isto homine, ut apparet, exigui judicii nihil adeo præclari expectari potest*: Vid. *Polyhist. Tom. II. Libr III. p.* 479; Adjungat ergo huic Borello suo, omni lubitu, POMPONATIUM, de quo MORHOFIUS probavit, quod Atheus sit, acutissimus disputator & Doctor Atheismi & Magiæ viam struxerit in Libro de Incantatione; referat & ex BENNINGERO exemplum, & quicquid velit, ex HUARTO moliatur, in eo tamen fucum dabit apertæ fallaciæ, quando post Huarti fluctuationes adjecit *p.* 38. Welche *rationes* Herr *Prof. Reiher* zu *Kiel* weiter untersuchet in seiner *Matheſi Mosaica*: Quisquis enim simpliciorum ea legerit, is dolose trahitur in opinionem, acsi Celeberrimus REYHERUS adauxerit φλυαρίας Huarti; Ne his ergo restet offendiculum, & omne contrarium declaretur, hinc utile ipsis reor, ut considerent verba REIHERI, quæ in *Matheſi Mosaica, n. VI. De turri Babylonicâ* §. 54. *p.* 206. hoc tenore leguntur: *Accidit interdum obsessos linguas loqui, quas tamen nunquam didicerunt, quod procul dubio Cacodæmonis concursum prodit, minime vero probabile est, mirabilem ejusmodi effectum temperamento adscribi debere, quemadmodum Juan Huartes opinatur, Phrenetici, inquiens, illud latine loqui absque prævia linguæ cognitione, demonstrat latinitatis cum anima rationali consonantiam. Ac certum est, uti posteà probaturi sumus, esse quædam ingenia, quæ singu-*

Nobiliſſimo ac Doctiſſimo

DN. MILLIES,

Theol. & Phil. Studioſo ſolertiſſimo, Amico & Domeſtico ſuo perdilecto, omnia bona & eruditionis ac Studiorum feliciores ſucceſſus & emolumenta precatur.

WEIDENERUS, D.

DUm & TIBI placuit, inter eruditos & in palæſtra publica, publice ac honeſte exerceri & eruditionis documentum coram oculis atque auribus Auditorii ſolennioris, ut hactenus jam laudatiſſime ſuſtinuiſti, exhibere, non potui non TUIS partibus conciliari, & quicquid in me ſitum, ac inventum, honeſtioribus TUIS deſideriis, ut privatim hactenus, ſic & nunc publice, omni affectu & benigna mente applicare; Expertus enim diu jam ſum & quotidie augetur mea ſpes, qvod non negligendis animi donis ſis eluctaturus, ultra illam ſortem, qua haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat res anguſta domi; & ſi vel maxime Roſtochienſibus, *PATRIA deſignaverit duplices curas, ut tam*

Sibi, quam extraneis præſto eſſe valeant, DEUS tamen egregiis Tuis *conaminibus ex alto benedicet, ut utriusque gratiam & ambias & amplexeris: Perge igitur & res tuas literarias ſtrenue perſequere! non TE offendat fati durior ſuper pauperes meta, nec defatigeris ſperando, ubi DEUS Omnipotens vel e cinere tollit, & quicquid hominum opinioni impoſſibile viſum, pro ſua ſapientia, nec ratiociniis, nec rerum anguſtia terminatus aut impeditus, magnifice ſæpius exſequitur: In fatis jam fuit, ut PARENS TUUS,* vir honeſtus & probus, *gratiam multorum iniret, qui ſinceritatem exaſciatim exigunt, neque TIBI defuit inſignioris commatis providentia, qua DEUS TUUS Patronos Tuos,&* heic & *in* lluſtri Hammona *propitios tibi reddidit, inter quos omni jure* Conſultiſſimum *DN. D. PAULI* JCſultum celeberrimum & Hamburgenſis Reipublicæ Senatorem inclutum, Fautorem noſtrum maximope-

re

re Æstimatum *numeras, eo quod generosus* Hujus Viri *animus, ut consulat derelictis & auxilietur demissis, pensi loco accipit & gloria quadam munifice iisdem adgregatur. nec in hoc fallere TE sinet mirifica Summi Numinis grâtia, dummodo, ut hactenus laudatissime urges, Studiorum Tuorum colophonem penitus adsequi haud gravaberis: Non enim iis solum fidei ac virtutum decoramenta destinantur, quos felix nativitatis & fortunæ emolumentum in consortium benignius adscivit, sed, ut norint omnes, non esse in potestate hominum sitas viarum divinarum racemationes, aliquando etiam e pulvere ascendunt, quos DEUS injuria orbis neglectos advertit. Compleat propterea* Benignissimus Studiorum nostrorum & immensus *ARBITER, quicquid hactenus TIBI defuisse, aut adhuc defuturum doles & faxit, ut prospereris, ubi nec* Tu Tibimet, *nec* multi *profectibus Tuis applaudunt! Scribebam VII. Non. Martii Anno MDCCXXII.*

Es hat des Schöpffers Witz dem herrlichsten auf Erden
Vor Thier und Vögel aus geziehret mit Verstand;
Wie aber ein Crystall muß zugeschliffen werden/
Wenn es was ferne liegt/ sol machen recht bekand.
So kann den Menschen auch durch fleißiges Studiren
Sein Circul der Vernunfft zur tieffen Weisheit führen.

❁ ❁ ❁

Doch ist der Weisheit-Schein ein Schatten-Werck zu nennen
Wenn ihn kein Tugend-Licht im gläntzen unterhält;
Wo aber Beyde sich verschwistert lassen kennen/
Da sieht man wie ein Mensch GOTT und der Welt gefält:
Die Müh ist gar umsonst wenn man beym Fleiß nicht wohnet/
Da wo die Tugend-Schaar in der Vergöttrung trohnet.

❁ ❁ ❁

Wie aber kluger Witz nicht bleibt unaufgedecket
(Weil diese Kostbahrkeit die Finsterniß verbannt)
So hat ein kluger Mann die Fahne ausgestecket/
Daß Er der Weisen-Welt sich mache recht bekant;
Es ist der Weisen Ohrt zu einem Schau-Platz worden/
Daß man noch sagen kan: Es leb der Weisen-Orden

❁ ❁ ❁

Hochwehrt-geschätzter Freund! Bey Ihm findt sich zusammen/
Das/ was mein stumpfer Kiel vorhero hat gesetzt/
Weil Witz und kluger Sinn aus guten Grunde stammen
Da Er Gamaliels sehr hoch-und werth geschätzt/
Die Ihn von erster Zeit zur Wissenschafft geführet/
Bey denen bleibt sein Ruhm/ daß Ihm die Weisheit ziehret.

Das

Das wehrte Vaterland/ so GOTT zum Seegen setze!
Hat Ihm Milch eingeflößt/ worauf die starcke Speise
In Hamburg ward gereicht/ die ich weit höher schätze
Als Ophirs Kostbahrkeit/ bis die erwehlte Reise
Ihn hat zurück geführt nach Rostocks güldnen Mauren/
Ich weiß nicht ob der Schluß Ihm wieder werde dauren.

Die Welt ist DES nicht wehrt/ der durch so viele Proben
Sein redliches Gemüth der gantzen Welt gezeigt/
Es wird gantz Laciburg den Mann im Tode Loben
Der mit gewünschter Gunst sich zu Ihm hat geneigt;
Drüm Denck ich noch einmahl/ daß Er zurück gekommen/
Hat Ihn zum grösten Glück und Wachsthum aufgenommen.

Sein Demuths voller Sinn verbittet daß ich sage
Von SEINEM Tugend Glantz/ der in die Augen scheint
Drum bleibt zurück der Schluß: Daß ich sein Rostock frage:
(Wo nicht ein falsches Hertz das Ehren-Lob verneint)
Ob nicht ein solches Kind den Vaterland könn dienen/
Das gleich gesinnet ist denn unverdrossnen Bienen?

Es zeiget dieser Tag daß Ihm es gar nicht fehle
An reiner Wissenschafft/ der offenbahre Streit
Der von die wird geführt/ zu denen ich mich zehle/
Macht daß Minervens Hand zum kröhnen sey bereit:
Der Ausgang gibt es wohl daß sein erlangtes Wissen
Uns diesen Schluß ertheilt: Er wär der Lehr beflissen.

Drum

Drum treibt mich dieser Tag zum schuldgen gratuliren
(An welchen aller Welt sein kluger Sinn gefält)
Der Ehren sanfftes Roß soll ihm zur Pforte führen
Wo Witz und Tugend-Lohn den frohen Einzug hält
Sein VATER bleib ihm stets geneigt und wohl gewogen/
Weil seine Redlichkeit ihn hat zu sich gezogen.

Zum Zeichen seiner aufrichtigen Freundschafft wolte dem Hrn. Resp. als seinem Wehrt-geschätzten Freunde/ unter vielen Glückwünschen / seine Schuldigkeit bezeugen dessen Ergebenster.

DAVID HARTMANN,
Ph. & L. A. M. ac h. Opp.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406661/phys_0080
DFG

eum detrudit, qui, ut Hippocrates observabat, ut
derentur, homines omnino in ea sententia confirma
ejusmodi â damonibus esse, verbis ipsorum magna ex
um & damonium sese extendentibus. Neque exc
loquendi aliquis, possit enim fortasse Christus phrasi
stitione nata, quemadmodum multis utimur hodienu
atque religionibus Gentilium natis. Ea vero in Verb
est nuda, quoad phrasin & usum linguæ, συγκατά
confirmandam sententiam de spiritu immundo, agr
cupante, diserte tota composita oratio est; quod vel
hominum simplicitati, vel eorum credulitate ad aug
opinionem abutentis, utrumque ad fovendum & co
errorem pertinet. Quæ omnia quam plane indigna
Doctore Veritatis, nostro quidem vix opus indicio hab
Jam glorietur Bekkerus, suis commentis etiam augeri
su Christi, ad quam multo magis faciat, si morbum sa
qui sit opus, quam si fœdissimæ creaturæ diaboli opus
Certo paulo ante allegata exilia valde pro gloria Christi
ta suppeditant. Quantum ad istud vero, morbos
semper, non Dei opera, sed peccati consequentia, qua
tura in ejus pœnam vergant, existimavi. Cetera
quam quod reliqua opera manuum DEI Christo ab
in gloriam ejus hoc vergit, quod ipsi diaboli, hostes Dei
ipsius cedant, ipsumque triumphatorem mortis esse prob
ferorum. Conf. Jo. MACKII Textuales Exercitationes in
ginta selecta loca V. & N. T. n. XXIX. Hæc singula etia
sus alios & inspecie Henricum DODWELLUM obti
Disser. II. in Irenæum itidem ad morbum regium s. cad
clinat, Conf. A. E. L. Anno M. D. CXC. p. 554. s. adda
Henricus HENCKELIUS, in Ordine & methodo co
& curandi energumenos seu cacodamone obsessos.

§. XX